PRACTICA CRIMINALIS, SEU PROCESSUS IUDICIARIUS AD USUM ET...

Johann Emmerich : von Rosbach, ...

Practica Criminalis,

SEU

PROCESSUS IUDICIARIUS

AD USUM ET CONSUETUDINEM iudiciorum in Germania hoc tempore frequentiorem; maxime vero ad stylum Constitutionum Criminalium Carolinarum in sacro Romano Imperio approbatarum accommodatus:

AUTHORE

IOANNE EMERICO à ROSBACH IC.

Cum Gratia & Priuilegio S. Cæs. Maiest.

FRANCOFURTI,

Typis Wolfgangi Richteri, impensis heredum Nicolai Bassæi. M. DC. X.

ELENCHVS TITVLORVM ET CAPITVM HOC IN tractatu criminali contentorum:

31. De

IOAN-

IOANNIS EMERICI A ROSBACH, IVRECONSVLTI CLARISSIMI, PROCESSVS CRIminalis

PROOEMIVM.

In nomine Sacroſanctæ ac indiuiduæ Trinitatis, cui ſit laus, honor & gloria in omne æuum, Amen.

PROCESSV Ciuili ſuperioribus annis, fauente Diuino Numine, feliciter peracto, ac demum in lucem edito, aliquid quoque mihi de Criminalibus, ad multorum tamen preces in communem Studioſorum iuris vtilitatem, illudque methodice & quam breuiſſime promulgare conſtitueram, quamuis alias de hominis

IOANNIS EMERICI A ROSBACH, IVRECONSVLTI CLARISSIMI, PROCESSVS CRIminalis

PROOEMIVM.

In nomine Sacrosanctæ ac indiuiduæ Trinitatis, cui sit laus, honor & gloria in omne æuum, Amen.

PROCESSV Ciuili superioribus annis, fauente Diuino Numine, feliciter peracto, ac demum in lucem edito, aliquid quoque mihi de Criminalibus, ad multorum tamen preces in communem Studiosorum iuris vtilitatem, illudque methodice & quam breuissime promulgare constitueram, quamuis alias de hominis

vita & ſanguine iudicare, eumque ad mortem condemnare ſatis periculoſum ſit. Cautius igitur ſecundum ſacroſanctæ ſcripturæ dictum, ne humanum ſanguinem iniuſte profundamus, agēdum. Sed vt vt ſit, quædam nonnulla ſecundum præſcripta iura communia, conſtitutiones, præſertim Carolinas, & Conſuetudines in ſacro Romano Imperio vſitatas in lucem proferam, huncque ordinem ac methodum in hoc proceſſu Criminali obſeruabo, vt poſita prius theoria, quamprimum praxin quo ad formulas accuſandi ſeu libellandi, excipiendi, replicandi, duplicandi & ſimilium, ei adiungam, quo videant initio in foro practicare incipere volentes, quomodo theoriam cum praxi & vice verſa, coniungere debent, donec paulatim adſueſcant, & tandem ad veram practicam perueniant. Ne autem quid à me bis terve ponatur, ea quæ in proceſſu Criminali huc neceſſario ponēda veniunt, & in Ciuili prius poſita reperi-

periuntur, non adiiciam, sed saltem locum tituli, vbi inueniendum, breuitatis studio, ne tautologus sim, obiter attingam, eoque beneuolum Lectorem ad legendum remittam. Porro hunc tractatum criminalem in certos titulos quoad theoriam, hosq; vicissim in sua capita ad modum practicandi diuidam. Quemadmodū enim in theoria nuda præcepta per certos titulos ac capita ad faciliorem studentium captum & intellectum tractantur: sic quælibet etiam causa quoad processum in foro practico, dum ea ventilatur, in certis terminis præfixis peragitur. Demum hunc eundem modum in nostro processu criminali ac seriem retinebo, ideo quod tyrones iuris in immenso illo iuris pelago ac quasi labyrintho diutius contra promissum detinere nolim, sed potius vt quamprimum theoriam aliquo modo legerint, perceperint atque intellexerint, hanc cum praxi illico, vt in ciuilibus, conferant, & cum

diuino auxilio vtriſque vtantur fruantur. Aggrediar igitur materiam ipſam, & primum de iudiciis initium faciam.

TITVLVS I.

CAP. I.

De Iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio bona animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificioſe informat.*
2 *Iudicij definitio qua.*
3 *Iudicij diuiſio qua.*
4 *Ciuile iudicium quid.*
5 *Criminale quid.*

AD huius iudicii criminalis proceſſum priuſquam progrediamur, diſcutiendum initio, quæ eius ſit definitio, ac diuiſio: item quæ perſonæ in eo requirantur. Nam bona
1 diuiſio † animum legentis incitat, intelligentis mentem præparat, & memoriam artificio-
2 ſe informat. Hinc iudicium † eſt diſceptatio, quæ fit ex parte accuſatoris & accuſati apud iudicem litis finiendæ gratia. Zaſius *in paratit. ff. in tit. de iudic. nu. 2.* & Cuiac. *in paratit. C. eod.*
3 *tit.* Deinde iudicium † aliud eſt ciuile, aliud
4 criminale. Ciuile eſt, in † quo deducitur cauſa ci-

ſa ciuilis, & tenditur ad commodum priuatum. *l.iudex poſteaquam.55.ff.de re iudicat. Dd.in l.prolatam.4. Cod.de ſentent. & interlocut.omni. iudic.* Criminale vero dicitur, quando eius finis † ad commodum Reipublicæ vel fiſci tendit, ſiue pœna ſit corporalis, ſiue pecuniaria. 5
§.*in ſumma.10.*& ibi Dd.*Inſtitut.de iniur.*Iodoc. Damhoud.*in pract.crimin.cap.2.nu.4.* Iul.Clar. *in pract.crimin.q.1.* Sichard.*ad rubr.C.de iudic.nu.11.*Atq; tantum de definitione & diuiſione iudicii, de quibus latius vide *in proceſſu meo ciuili tit.1.per tot.* Sequuntur modo perſonæ.

CAP. II.

De perſonis in iudicio.

SVMMARIA.

1 *Definitio iudicis quæ.*
2 *Iudex vnde dicitur.*
3 *Accuſator quis dicitur.*
4 *Accuſans quoque agere dicitur.*
5 *Accuſator proprie in criminalibus dicitur reus, actor vero in ciuilibus.*
6 *Rei ſeu accuſati definitio quæ.*
7 *Adſeſſor quis dicitur.*
8 *Vocanturq; conſiliarij.*
9 *Aduocati definitio quæ.*
10 *Procurator quis dicitur.*

HActenus *in 1.cap.*de iudicii definitione ac diuiſione egimus: ſequitur de perſonis,

quas eam ob causam præterire nequiuimus, tum ne tyrones iuris in praxi versantes, vt sæpissime accidit, circa terminos errarent, tum denique quamuis non exactam, simplicissimam tamen iudicii eiusque personarum, quæ necessario & incidenter in foro interuenire possunt ac debent, cognitionẽ hinc percipere possent. Et primum quidem de iudice. Iudex
1 autem est, qui † de causa iudicat. Hinc dici-
2 tur, quasi ius † dicens. *c. forus. 10. vers. in omni. de verbor. significat.* De iudicum differentia & aliis fusius vide *in processu meo ciuili tit. 4.* De-
3 inde de Accusatore, qui † aliquem criminaliter accusat. *l. inter accusatorem. 10. & l. accusa-*
4 *tore. 13. ff. de public. iudic.* Vnde & ille † agit, qui accusat. *l. qui accusare. 4. C. de edendo.* diciturq;
5 proprie accusator † in criminalibus; actor vero in ciuilibus. *l. libellorum. 3. §. si accusator. 4. ff. de accusat.* De impedientibus denique aliquem esse accusatorem vide *processum ciuilem. in tit. 10. & infra in seqq. cap.* Tertio de accusa-
6 to seu reo criminali, qui † de crimine accusatur *l. si qui reus. 5. ff. de public. iudic.* Hæc de necessariis personis, de quibus late *in processu ciuili tit. 3. 10. & 11.* Sequuntur nunc incidentes per-
7 sonæ, vt Assessor † qui iudici in iudicio ad causam recte cognoscendam assidet, eumque informat. *l. studiorum labor. 1. C. de assesso-*
8 *rib.* & ibi Iason *ad rubric. tit. nu. 1.* Hinc † Consiliarii vocantur. *l. velut. 7. Cod. de assessoribus. l.*

Con-

Consiliarij.5.ff.eod.tit. Deinde † aduocatus, 9
qui in iudicio pro aliis postulat.*l.hunc titulum.* 10
ff.de postulando. Tertio Procurator, qui † alie-
na negotia mandato domini administrat. *l.*
procurator est.1.ff.de procurat. Et demum non-
nullæ aliæ quamplurimæ personæ, de quibus
suis in locis dicti processus ciuilis. Atque sic de per-
sonis tam necessariis quam incidentibus: se-
quitur nunc de iis, qui accusare & accusari
possunt, vel non.

Cap. III.

Qui accusare possunt vel non.

Summaria.

1 *Quilibet accusare potest, qui non prohibetur, & qui sint prohibiti?*

2 *Frater contra fratrem non admittitur, nisi suam suorumve iniuriam prosequatur.*

3 *Maritus vxorem de adulterio accusare non potest, si ipse de adulterio vel lenocinio conuincatur; hodie tamen hoc corrigitur.*

4 *Maritus & pater vxoris post 40. dies accusare prohibentur, multasq; ob alias causas ab vxoris accusatione repelluntur.*

5 *Volentes accusare, debent id sine mora facere.*

6 *Suspicio calumniæ ab accusando repellit.*

7 *Quæ personæ ab accusando arceantur?*

8 *Iudex ex officio super accusatione proposita procedere potest, accusatore desistente.*

9 *Nemo in crimine priuato accuſare poteſt, niſi ſua interſit, vel pœna ſit fiſco applicanda.*

10 *Accuſatus an accuſatorē ſuum accuſare poßit.*

11 *Pauper accuſare prohibetur, niſi ſit fide dignus.*

12 *Minor 25. annis accuſare prohibetur.*

1 REgulariter quilibet † accuſare poteſt, qui non prohibetur. Angel. *in tract. de malefic.* §. *ad querelam. nu. 9.* itaque prohibentur accuſare alii propter ſexum, vt mulier propter fragilitatem ſexus, die Weibsperſonen: vel ætatem, vt pupillus, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, & niſi in crimine læſæ maieſtatis, annonæ & ſuſpecti tutoris & pro teſtamento patris. Alii propter ſacramentum; alii propter magiſtratum; alii propter delictū proprium, vt infames, vel qui ob accuſandum vel non accuſandum nummos acceperunt.
2 Frater contra † fratrem non admittitur, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. *l. qui accuſare. ff. de accuſat.* & ibi gl. & gl. *in rubr. C. eo. tit.* vbi multi enumerantur caſus. Gandi. *hoc*
3 *loco. nu. 15.* Maritus vxorem ſuam † de adulterio accuſare non poteſt, ſi ipſe maritus de adulterio, ſiue lenocinio ante conuincatur, per vulgatam regulam; *dolus cum dolo compenſatur. l. ſi vxor. 13.* §. *iudex. 5. ff. ad leg. Iul. de adult. coercen.* Angel. *de malefic.* §. *che hai. nu. 32.* vide Gandin. *in tit. qui accuſ. poſſ. nu. 19.* Et cum prædictis authoritatibus aduocati conſueuerunt defendere mu-

re mulieres, vel pœnam diminuere. Sed aduerte, quod ſupradicta lex (licet Gandinus nihil dicat) hodie eſt correcta per *auth.vt nulli iudic. §.adulterium.col.9.tit.17.Nou.134.* maritus vxorem † ſuam accuſare prohibetur de ad- 4
ulterio poſt 40. dies, & pater vxoris quoq; repellitur. *l.iure mariti.C.ad leg.Iul.de adult.* Gandin. *hoc tit. nu. 22.* item repellitur maritus accuſare vxorem ſuam de adulterio, ſi primo repudiauit eam, & mox approbauit mores eius. *l.ſi vxor.ff.ad leg.Iul.de adul.* quod nota pro muliere. Qui accuſare † volunt, debent ſine mora 5
accuſare: aliter enim propter tarditatem iudex præſumet pro reo, pro quo etiam reo orietur iudicium, ſecundum Iaſ. *in §.fuerat.Inſt. de action.* Præterea propter ſuſpicionem calumniæ † quis ab accuſando repellitur. Item qui 6
de vulneribus † ſibi illatis pacem fecerunt. Iul. 7
Clar. *quæſt.14.* item qui ſemel ab accuſatione deſtiterunt, ſimiliter repelluntur, prout not. *in rubr.C.eod.tit.* In prędictis tamen caſibus iudex † ex officio procedat, Iul. Clar. *quæſt.58.nu.* 8
3. quia iudex producta accuſatione poteſt ex officio ſuo proſequi, & facere ea, quę accuſator facere poſſet, prout dicetur *in tit.ſeq.* In crimine priuato regulariter quis ad accuſandum † non admittitur, niſi cuius intereſt, & 9
niſi delictum ſit tale, ex quo veniret pœna fiſco applicanda. Clarus *quæſt.17.* notat. *in rubr. ff.de popul.action.* Accuſatus an accuſatorem

10 suum accusare † possit, quæritur per scribentes, Iul. Clar. *q.14.nu.12.& 13.* & adhuc sub iudice lis est, notat. per Bart. Bald. Angel. Imol. *in l.is qui reus.ff. de public. iudic.* Sed in hoc casu animaduertendum est, & distinguendum, quando accusatus suum accusatorem accusat de maiori, & tunc, aut de tali crimine, quod si esset verum, crimen contra se obiectum non esset verum, & tunc audietur, & plus tunc supersedebitur, super primo, donec secundum fuerit discussum, & ex euentu causæ procedetur super primo vel non. Aut non opponitur tale crimen, sed aliud; & primũ & secundũ delictum possunt esse, & tunc super vtraq; accusatione procedetur & discutietur. Limita, si talis accusatus accusans accusatorẽ suũ, vt supra, nõ expectauerit nomẽ suum recipi inter reos siue iudicem commisisse cõtra se citationem; quia tunc ꝓpter tarditatem accusandi præsumitur facere animo differendi primam accusationem, not. *in l. qui accusare. ff. de accus.* Gandin. *in tit. qui accus. poss. & qui non. in vers. sed ego*
11 *formabo talẽ quæstionẽ.* pauper accusare † prohibetur, nisi sit fidelis. *l. nõnulli. ff. de accus.* Minor
12 20. an. similiter † ꝓhibetur, sicut testificari. Sed secundum Bart. potest. *l. accusare. ff. de accusat.*

CAP. IV.

Qui accusare possunt, & infra quod tempus.

SVMMARIA.

1 *Quæ personæ accusari possunt, & quæ non?*

2 *Mor-*

2 *Mortui quando poßint accusari, & quando non?*
3 *Appellatione pendente si reus moriatur, an accusatio extinguatur.*
4 *Operarij cõducti ad laborandũ in alieno loco accusari nõ possunt, nisi per dominũ eis fuerit protestatũ, vel nisi sint ei loco, de quo agitur, vicini.*
5 *Clerici per laicos accusari non possunt, quamuis sint primæ tonsuræ; hodie tamen secus est.*
6 *Sacerdotes cõmittentes delicta facinorosa seu atrocia possunt accusari & puniri p iudicẽ laicũ.*
7 *Accusatus ab aliquo de vno crimine, non potest de eodem ab alio accusari, nisi primus accusator decesserit, vel procedere impediatur.*
8 *Intellectus* l. libellorum. ff. de accusat.
9 *Accusari non potest quis post lapsum 20. annorum: fallit in casibus hic positis.*
10 *Accusandi post mortem ius durat per quinquennium.*

ACcusari possunt tam mares, † quam fœminæ, & demũ omnes, nisi sint à iure excepti. *l. 2. C. de reis exhib.* Accusari non possunt mortui, † quia mortuo reo omnis criminatio extinguitur; fallit tñ in crimine leſę maieſt. Repetundarũ, Peculatus & hæreſeos, quib. casib. ꝓpter enormitatẽ delicti accusatio de iã mortuo recipitur. *l. iudiciorũ. ff. de accus.* Item fallit, si accusatus sibi mortem cõsciuerit, vel etiam si post litem contestatam, vel postquam fuerit in scelere deprehensus, mortuus fuerit, not. *in d. l. iudiciorum.* Quid autem accusato conuicto & condemnato † si ab illa condemnatione 1 2 3

tione appellatum fuerit, & pendente appellatione moriatur? respondent ſcribentes criminationem extingui quo ad crimen, ſed quo ad bona appellationem perficiendam eſſe, ſi in illa ſententia bona erant adempta. Iul. Clar. *q. 51. nu. 3.* Gandin. *in §. ſed pone. eod. tit.* Accuſari non poſſunt operarii conducti ad laboran-
4 dum in alieno loco, † ſed conducentes accuſari debent; fallit tamen, ſi talibus operariis fuerit proteſtatum, per dominum loci, vel ſi operarii fuerint vicini loci, de quo agitur; tali enim caſu præſumuntur ſcire locum eſſe alienum, notat. per Imol. & alios ſcribentes. *l. de pupillo. ff. de oper. noui nunciat.* Plotus *in l. ſi vna. §. 49. nu. 27.* Iul. Clar. *q. 60. n. 16.* Clerici per laicum
5 non † poſſunt accuſari, quamuis ſint primæ tonſuræ ſecundum Domin. de S. Gemin. *in c. cum in nouella. de accuſat.* vide Boſſium *de foro compet.* vbi dicit perpetuo notandum cõtra iudices laicos, ſed priuilegium tale clericorum primæ tonſuræ in deſuetudinem abiit, & per iudices laicos hoc tempore puniuntur, & talis obſeruantia defendi poteſt per ſuaſmet leges, vt *in c. clerici ſi in tonſura. extra de vita & honeſt.*
6 *cleric.* Hoc amplius ſacerdotes † committentes delicta facinoroſa, vtputa raptum virginum, & alia ſimilia delicta atrocia, poſſunt accuſari & puniri per iudicem laicum. *l. 2. & ibi gl. & Cyn. C. de iis qui ad eccleſ. confug.* & ratio eſt, quia eccleſia odit & repellit tales delinquentes,

Exod.c.21. ibi, *si quis insidiatus fuerit, ab altari meo repellatur.* Accusatus ab aliquo de vno crimine † non potest de eodem ab alio accusari, 7
nisi primus accusator decesserit; vel impediatur procedere; nam tunc admittitur accusator de eodem. *l. libellorum. ff. de accusat.* sed multi intelligunt accusatorem admitti ad persequendam accusationem, non autem ad instituendam de nouo; & hoc quia accusatus non debet de eodem crimine pluries vexari. *l. licet. §. fin. ff. naut. caupon. stabul.* item quia iudex succedit loco accusatoris; potest enim prosequi & ea facere, quæ accusator facere potuisset, Bar. *in l. 1. ff. de public. iudic.* Sed quoties propter ineptitudinem † aut aliam malam formam 8
processus formati conditio secundi accusatoris foret facta deterior; tali casu licet transcendere ad aliam accusationem, & ita intelligitur *d. l. libellorum. ff. de accusat.* Plot. *§. 50. nu. 46.* Accusari quis non potest † propter lapsum 20. 9
annorum. *l. querela. C. de fals.* Iul. Clar. *q. 51. nu. 1.* Balb. *de præscript. part. 4. quæst. 2.* fallit tamen in partu supposito. Item quando falsis medicamentis partum impediuit. Item in crimine lęsæ maiestatis. Item hæreseos & peculatus. *l. si cum eo. ff. de pœn. & l. iudicij. ff. de accusat.* item in stupro admisso per vim in masculo, siue fœmina. *l. mariti. § per quinquennium. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Dictum est hoc tit. prædictis casibus posse accusari delinquentes etiam post mor-

10 mortem. Sed tale ius accuſandi † poſt mortem durat per quinquennium. *l. qui Manichæos, C. de hæret. & ibi gloſſ.*

CAP. V.

De Citatione.

SVMMARIA.

1 *Citatio cuiuslibet iudicij fundamentum ac primum præparatorium eſſe debet.*

2 *Appellatio in criminalibus quando habet locum, & quando non.*

3 *Definitio citationis quæ.*

4 *Citationis diuiſio quæ.*

5 *Publica quæ dicitur, & quæ priuata.*

6 *Priuata dicitur rurſus aut verbalis, aut realis.*

7 *Verbalis quæ eſt, & quæ realis.*

8 *Nemo inuitus de domo ſua extrahi poteſt.*

9 *Domus cuiq; ſua eſt refugium tutiſſimum.*

10 *Forma citationis aduerſus homicidam.*

11 *Forma citationis peremptoriæ in cauſa homicidij.*

EXpoſitis iis perſonis, quæ accuſari poſſunt, & infra quod tempus: ſequitur nunc de proceſſu iudicii vt diſpiciamus. Initio enim
1 citationem † cuiuslibet iudicii fundamentum ac primum præparatorium eſſe debere optime notandum eſt, ſecundum Angel. & Bart. *in l. in ius vocare. 1. ff. de in ius voc.* alias proceſſus iuris erit nullius momenti. *l. de vnoquoque. 47. ff. de re iudic. & l. prolatam. 4. Cod. de ſentent. & inter-*

interlocut, omnium iudic. Iniquum enim foret, imo naturę contrarium, in causa quadam absque citatione procedere, & ad partis petitionem aliquem inaudita causa condemnare velle, quod tunc nullitas esset, à qua nullitate in causa criminali iuxta Ioach. Mynsing. *in obser. 42. centur. 4.* ad Cameram Imperialem, item Andr. Gail. *lib. 1. obseru. 1. num. 27. & seq.* cum alias in criminalibus † id prohibitum sit, ap- 2
pellari possit, vide *ordinat. Camer. parte 2. tit. 28. §. item* nach dem auch. *5. & in lege publica Imperij in Comitijs Augustanis 1530. §. item,* als jetzt etlich zeit. Vnde dici solet: *audiatur & altera pars.* Nam pars aduersa citari debet ad audiendum, quid opponere velit. *l. diui Seueri. 1. ff. de requirend. reis & absentib. damnand.* Hinc † citatio 3
est vocatio rei ad iudicium. *l. fin. C. de exhibend. reis. l. 1. ff. de in ius vocand. l. vlt. C. eod. tit. c. quoniam. in verb. citationes. de probat.* Hæc † est vel 4
publica, vel priuata. Publica, quæ † per edictũ 5
fieri solet: Priuata vero, quæ fit priuatim in personam citandi vel verbis, literis, vel re. Et priuata rursus † aut est verbalis, aut realis. Ver- 6
balis fit † viua voce, vel literis. Realis vero est, 7
vbi persona capitur, & ad iudicem trahitur, ne facinorosus admonitus fugam arripiat. Ias. *in l. plerique. 18. ff. de in ius voc.* Præterea ad hoc, vt citatio valeat, quæ sunt necessaria, & quid ea continere debet. Item, quomodo aliquis citari soleat, vide latius processum ciuilem, vbi

me

me breuitatis ergo remitto. Demum reus etiam citandus est ad audiendum, quid de crimine à se commisso dicat. *l.1.ff.de requiren. reis.* licet eiusmodi citatio in criminalibus non adeo necessaria sit; verum iudex reum, ne forsan admonitus fugam arripiat, incontinenti comprehendere, imo potius ipsum quoque inuitum de domo extrahere potest. per gl.*in l. nemo de domo.ff.de reg.iu.l.lex Cornelia.§.domum. ff.de iniur.l.2.§.habitare.ff.de his qui deiecer. vel effud.* Bald.*in auth.ei qui.C.de bon.auctor.iudic. possid.* Bald.*in l.1.§.3.ff.naut.caupon.stabul.l.hoc iure.§.stabula.ff.in quib.caus.pign.tacit.contrah.* vbi gloss.Castrens.& Bald.*argum.l.quis sit fugitiuus.§.idem Cœlius*,ibi gloss.*ff.de ædilit.edict.l.fi.* & ibi Bald.ac alii.*ff.de seruit.vrb.prædior.* Quod alias in causis ciuilibus non procedit: nemi-
8 nem † enim inuitum de domo suo extrahi
9 posse docet *l.pleriq;.ff.de edend.* quia † sua cuiq; domus est tutissimum refugium, vnde qui extraheret, vim diceretur facere & iniuriam, gl. *in d.l.plerique.* & Zas.*ibidem.*

10 Forma citationis † gegen einem Todtschläger: Ich Caius Stulpitius deß H. R. Gericht Schultheyß zu W. thue dir Seio Mæuio hiemit zu wissen/daß der Erbar Lucius Titius oberster weltlicher Richter allhie / durch eine Supplication dem Gericht zu erkeñen gegeben hat/ Nach dem verschienen Freytags den 7. May jüngsthin nach Mittag vngefährlich vmb 2. vhrn/auff

offe-

offenem Marckt allhie / zwischen dir an einem / vnnd weiland Heylman Ludwig / am andern theil / sich ein Schlägerey zugetragen / darinnen du gedachten Ludwigen mit einem Weydmesser ohn einige genugsame Vrsach dermassen geschlagen / daß er als baldt auff der stätt todt blieben / du aber als baldt flüchtig vnd stattraümig worden / vnd noch bist. Dieweil dann ein solche Missethat vngestrafft nicht zu lassen / so were sein von tragenden Ampts wegen embsig fleissige Bitt / dich durch ein offene Citation zu erfordern / auff ein gewissen tag in der Person allhier zu erscheinen / daselbst sein obersten Richters peinlich Klag gegen dir solches Todtschlags halben anzuhören / rc. Welche Citation denn jhme also erkandt worden. Demnach so citire vnd erfordere ich dich hiemit / in krafft dieses / also vnd der Gestalt / daß du auff den 9. Tag schierstkünfftigs Monats Julij / welchen Tag ich dir für den 1. 2. vnnd 3. oder letzten Termin peremptorie hiemit beneñt vñ angesetzt haben will / alsdann an deß H. R. vnd dieser Stattgericht allhie in eigner Person erscheinen / obermelts durch dich begangenen Todtschlags halb peinliche Klag gegẽ dir fürbringen anzuhören / deine Entschuldigung vnd Defension / ob du einige hettest / in Recht fürzubringen / vnd darüber rechtlicher Erkandtnuß gewertig seyn sollest / dann du erscheinest alsdann oder nicht / so wird nichts desto weniger in deinem Vngehor-

sam mit der peinlichen Klag vnd anderm gegen dir verfahren/vnd darauff nach Befindung der Sachen/ was recht ist/vñ dieser Statt vnd Gerichtsordnũg vermag/ergehẽ vnd erkant werdẽ/ darnach du dich gewiß(lich) zu richten. Geben/rc.

11 Citatio peremptoria † in causa homicidij: Jch D. von E. zu F. füge dir meinem Vnterthanen im G.(der du ohnlangst ausser meinen Oberkeitlichen Banden vnd Gefängnuß zu E. darein du hernach gemeldter hoch sträfflich begangenen Mißhandlung halben kommen / freuentlich vnnd bößlich gebrochen / vnd vnrechtmessiglichen dich gen K. flüchtlichen verfügt/ auch zu vermeintẽ deinem Behelff vnd Schirm daselbst in die Röm. Käyserl. Freyheit begeben hast / vnd noch allda auß Verwundung deines Gewissens auffenthalten thust)alles Ernsts zu wissen: Demnach du vor vngefährlich 4. oder 5. Wochen auch meinen Vnterthanen E. F. deinen Nachbaurn vnd Mitbürgern in berürtem G. (mit dem du damaln in etwas Gezänck gerahten) hindan gesetzt der Christlichen Lieb vnd vergeßlich deß 5. Gebotts der 10. Gebott Gottes vnter wegen auff Käys. freyen Landstrassen(die doch von mäniglich tödtlich Anfals halben sauber vnd rein zu halten seyn sollen)gantz erbärmlich entleibt vnd vmbgebracht hast/vnd dañ mir als ordẽlicher Oberkeit von Rechts wegẽ gebürt vnd zusteht/ solche dem vnter meinem Gerichtzwang begangene freuentliche Mißhandlung

vnd

vnd gefährliche Entleibũg nit vngerechtfertiget hingehen zu lassen/ sondern dein verantwortũg wegen dieses vollnbrachtẽ Todschlags in Recht anzuhörẽ/ du auch dieselbig zu Recht genug dar-zuthun schuldig bist/ so verkünde ich dir/ citire vñ heische dich von Oberkeit/ Gerichts vnd Rechts wegen/ in Krafft dieser offenen Ladung dz du vff B. tag den 12. Tag schierstkünfftigen Monats April. den ich dir für den 1. 2. 3. vnd endlichẽ Gerichtstag peremptorie ernenne/ zu früer Tags-oder gerichtszeit/ vor dẽ verordnetẽ Stabführer vnd den 24. vnparthehischẽ Malefitzrichtern zu F. obbemeld/ in selbsteigener Person erscheinest/ vnd dz jenig/ wz nach Außweisung der Malefitz-recht in peinlicher Klag wider dich von Oberkeit wegen fürgebracht wird/ anhörest/ auch darüber dein Antwort in Recht gebest/ vñ sonsten wz sich deinethalben/ in vñ vor dẽ angestelten peinlichen Halßgericht/ desselben Ordnung/ dem Käyserl. Malefitzrechten vñ dẽ Landsgebrauch gemeß zu thun gebüren wird/ verhandlest/ vnd dich hierin nicht vngehorsam erzeigest. Dann soltestu auff solche ordenliche vñ rechtmässige offene Ladung nicht erscheinen/ so würde nichts desto weniger vermög der Käys. Malefitzrecht wider dich als einen Vngehorsamen procedirt vnd fortgefah-ren werden/ darnach du dich zu richten hast. Geben vnter meinẽ fürgetrucktẽ Insiegel/ den D. Monatstag Martij/ als man zahlt von Christi vnsers lieben HErrn vnd seligmachers Geburt N. jahr.

CAP. VI.

De comparitione rei.

SVMMARIA.

1 *Comparitionis definitio qua.*
2 *Quilibet citatus comparere tenetur.*
3 *Citato in ciuilib. causis per procuratorem comparere licet, secus in criminalibus.*

HActenus de citatione: sequitur nunc, vt de comparitione agatur. Comparitio est
1 citati † iuxta citationis formam, in iudicio
2 præsentatio. Quilibet namq; citatus † regulariter comparere tenetur, etiamsi sit persona egregia, vt veniat, suamque exceptionem, *quare comparere nolit*, indicet, nisi pro contumace haberi velit. *l. si quis ex aliena. ff. de iudic. c.*
3 *veniens. extra de accusat.* Reus porro † quando in ciuilibus causis citatur, personaliter comparere nolens, tunc per procuratorem, dato illi ad hoc sufficienti mandato, comparere potest. *l. 1. ff. de procurat.* Quæ regula tamen in criminalibus non procedit. *l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic. can. in criminalib. 5. q. 3. & c. veniens. de accusat.* Petr. Ferrariens. *in form. responsion. rei conuenti. vers. in termino sibi assignato. §. postea quærit. nu. 13.* Reliqua de comparitione huc pertinentia vide *in titul. 29. processus ciuilis.*

CAP.

CAP. VII.

De contumacia.

SVMMARIA.

1 *Contumacia quæ est.*
2 *Diuisio contumaciæ quæ est.*
3 *Vera contumacia quæ.*
4 *Euidens contumacia quæ.*
5 *Præsumpta contumacia quæ.*
6 *Contumax quis dicatur.*
7 *Accusator quando pro contumace habetur.*
8 *Forma accusandi contumaciam accusatoris.*
9 *Reus quando dicitur contumax.*
10 *Forma accusandi contumaciam rei seu accusati.*
11 *Formula contumaciæ citatoriæ pro reo contumace peremptorie datæ.*
12 *Sententia pro contumacia citati non comparentis lata.*

HVc vsque de comparitione: modo sequitur contumacia, quæ † est inobedientia 1
quædam erga iudicem commissa, quando quis iudicis mandato non obedit. *toto titul. ff. si quis ius dicent. non obtemper.* Hæc dicitur † vel 2
vera, euidens vel præsumpta. Vera contumacia est, cum † reus in faciem citatur, & sic ci- 3
tatus non comparet, qui tunc vere contumax dici solet. *l. ad peremptoriũ. cum 3. ll. seqq. ff. de iud.*

4 Euidens contumacia † dicitur, si reus in faciem citatus, contestetur se cõparere nolle. Præ-
5 sumpta deniq; est † cum reus ad domũ, & non in faciem citatur, aut si ista citatio familiæ suæ vel vicinis domi suæ denũciatur, vel ẽt in albo prætoris in valuis curię. Bar. *in l. fi. ff. de in integr. restit.* gl. *fi. in clem. 1. de dolo & cõtum.* Hinc con-
6 tumax dicitur † qui trinis edictis vel vno peremptorio citatus, non venit. *l. tres denunciationes. C. quomod. & quand. iudex*. Speculat. *in tit. de contumac.* §. *1. in princip.* Et est vel accusator vel
7 accusatus seu reus. Accusator † tunc pro contumace habetur, quando reum in iudicium vocat, & ipse postea non cõparet. Vnde quo-
8 ad praxin defensor rei † iudicẽ alloquitur hoc modo: Demnach Anklåger N. N gegen vnd wider N. N. Beklagten diesen heutigen Gerichtstag / zu vollführung seiner peinlichen Zuspruch vñ Förderung/auff sein selbst eygen Begeren ansetzen lassen/ darauff dann der vnschuldige Beklagter gehorsam erscheint / Er der Anklåger aber gantz mutwilliger weiß vngehorsam außbleibet/oder nicht gefaßt erscheinet/so beklagt N. N. sein deß Anklågers Vngehorsam/ bitt jn pro contumace zu erklåren/jhm ein ewigs stillschweigen aufftzulegen / vnd jhn den Beklagten von diesem peinlichen Gerichtsstandt / cum reparatione iniuriarum, damni & interesse, endtlich zu absoluiren/vnd loßzusprechen/ stelts hiermit zu Erkandtnuß. In criminalibus enim accusatus directo absoluitur, si accusator sit

contumax & non cōpareat, qui propter contumaciam extraordinarie à iudice quoq; puniri poteſt. Reus vero contumax † dicitur, 9
quando in iudicium vocatus non venit, nec ſui præſentiam facit. *l. contumaciæ. l. de vnoquoque. §. 1. ff. de re iudic. l. properandum. de iudic. cap. 2. de dolo & contum. extra.* Nam in criminalibus ſi reus erit contumax, ſecundum *leges ff. & C.* omnia bona eius annotantur & conſcribuntur, & ſi intra annum pariturus venerit, cuncta bona ſua recuperabit, & poſtea de crimine auditur: poſt annum vero ea omnia cōfiſcantur: & licet poſtea veniat pariturus, ſuper crimine quidē auditur, ſecundum *conſtit. Carolin. in art. 155.* ſed bona nō recuperabit, Wormbſ. *in pract. forenſ. tit. de accuſ. n. 2. & per tot. tit. ff. de requir. reis. l. quicunq;. in fi. l. annus. & l. fi. C. eo. tit.*
Hinc quoad praxin accuſator † contra Reum 10
contumacē demū procedit hunc in modum:
Demnach der Beklagte N. N. nunmehr zum drittē mal durch ein offene Citation geladē/vnd heut anhero für dē hohen peinlichē Halßgericht zu erſcheinē erfordt vñ geruffen wordē/jm auch ohn allē zweiffel dieſer Tag (wie auch die vorige) verkündiget/er aber vff ſeinē Vngehorſam perſeuerirt/vnd abermals vngehorſam verbleibt/ nit zu geringer Verachtung deß Herꝛn Richters vnd deß gehegten Gerichts/ꝛc. Damit aber nun in ſeinē vielfaltigē vngehorſam der Gebür vollfahrn werde/ſo will Anklåger ſeinē erwidderten vngehorſam hiemit angeklagt habē/bittend, inē

nunmehr pro contumace zu erklären/vnd fürters/dieweil versehens Rechtens/quod contumax pro confesso habeatur/ andern Leuthen zum abschewlichen Exempel/vnd jhm zu wolverdienter Straff in die Mordtacht zu erkennen vnnd zu verdamen/Auch seine Güter/was vorhanden/zu annotirn vnnd zu confiscirn. Will damit cum repetitione retroactorū zu Recht gesetzt geschlossen/vnnd in deß Beklagten vielfaltigen Vngehorsam die Sach vor beschlossen anzunemmen gebetten haben. Conclusum, &c. Reliqua denique de contumacia, quibus & quotnam modis ea euenire possit, deque eius pœna vide *in tit.30.processus ciuilis.*

11 Formula contumaciæ † citatoriæ pro Reo contumace peremptorie datæ: Ich N. N. jetziger zeit S. zu N. vnnd deß hohen peinlichen Halßgerichts daselbsten verordneter Richter/ thue euch N. N. hiemit zu wissen/daß deß D. H. F. vnd H. H. N. L. zu H. 2c. verordneter Fiscal heut dato zu ewrem angesetzten peinlichen Gerichtstag erschienen vnnd auff ewer aussenbleiben in contumaciam procedirt/vnd zum Bescheidt gesetzt/darauff jhme ein ander Ladung gegen euch in Recht erkandt. Hierumb so citire/ heische vnd lade ich euch abermals/von Ampts/ auch Gerichts vnd Ampts wegen/daß jhr auff Freytag den 12. Septemb. nechst künfftig/welchen ich euch vor den 1.2.3. vnnd endtlichen Gerichtstag/vnd also widerumb peremptorie ernenne/

nenne/vor dem peinlichen Halßgericht zu N. in der Person selbst erscheinet/geschickt/gemelte Ankläger auff sein zuvor eyngebrachte Klage Antwort zu geben/oder was sich sonstē vermög Rechtens vnd N. Ordnung gebüret/darauff zu handeln/mit dero Vergewissigung/jhr erscheinet alsdann oder nicht/daß gleichwol auff Anklägers fernner Anruffen ergehen vnnd geschehen solle/was recht ist/darnach jhr euch zu richten. Geben N. vnter meinem auffgetruckten Insigel vnd Subscription den N. tag Septemb. An. N.

Sententia †: In der peinlichen Rechtfertigung zwischen Anklägern an einem vnnd Beklagten am andern theil/erkennen Richter vnd Scheffen deß hohen peinlichen Halßgerichts/ 12
auff die vorbrachte Anklage/vnd die drey vnterschiedliche offene Ladungsbrieffe/deßgleichen alles anders mündtlichs vortragen vnd gethanen Rechtsatz/zu Recht/daß Beklagter seines vielfaltigen Vngehorsams halben pro contumace, vnd in die Mordtacht zu erklären/vnnd seine Güter (so fern dero vorhanden) zu annotiren vnnd zu confisciren seyen/wie dann die Scheffen jhnen pro contumace vnnd in die Mordtacht erklären vnnd verdammen/von Rechts wegen.

CAP. VIII.

De accusatione siue libello.

SVMMARIA.

1 *Accusatio quid sit.*
2 *Accusatione non præcedente quis regulariter non punitur, nec contra eum proceditur, nisi in certis casibus, in quibus officio iudicis proceditur.*
3 *Inquisitio est de iure diuino.*
4 *Accusatio non admittitur, nisi constet de delicto, nisi in certis casibus.*
5 *Contumax ex dispositione statuti non habebitur pro confesso, quotiens iudici non constiterit de delicto.*
6 *Libellus est per accusatorem edendus, hodie accusatio simpliciter fit.*
7 *Accusatio quid continere debeat?*
8 *Dies an in accusatione sit exprimendus?*
9 *Accusator petere non debet reum puniri certa pœna, sed sufficit, quod petat eum puniri secundum formam iuris & statutorum.*
10 *Ciuiliter & criminaliter an eodem libello agi possit?*
11 *Accusari an plures possint in vno libello de eodem delicto?*

12 *Accu-*

12 *Accusari an vnus poßit in vno libello de pluribus delictis?*

13 *Accusari quis ex eodem delicto simul & semel diuersis legibus nequit.*

14 *Accusari quis quando poßit de pluribus delictis solo libello?*

15 *Accusari quis quando poßit à pluribus eodem libello?*

16 *Libello eodem potest agi contra producentem falsos testes, & contra falsarios testes.*

17 *Accusator debet subscribere accusationem ad pœnam talionis, & an hodie hæc subscriptio habeat locum.*

18 *Calumniosus accusator arbitrio iudicis punitur, & in eadem sententia, qua reus absoluitur.*

19 *Accusationem per calumniam fuisse institutam quomodo cognoscatur.*

20 *Accusatione pendente reus ad honores non admittitur, & propter atrocitatem delicti concurrente infamia fit suspensio beneficij & officij, donec causa finiatur.*

21 *Formula libelli in causa iniuriarum.*

22 *Formula accusationis seu libelli in causa furti.*

TRactaturis de accusatione, nota debet esse vis, diffinitio illius, sequẽdo ordinẽ IC. in l.

in l.1.ff.de contrah.empt.& in l.1.ff.de furt. Accu-
1 satio est aliquem † reum criminis deferre. *l. libellorum.* ibi, *reum deferre.ff.de accusat.* & regu-
2 lariter sine accusatione non † proceditur ad criminis cognitionem, nisi in quibusdam casibus, in quibus proceditur officio iudicis. *l.2. ff.ad leg. Iul. de adult.* hodie vero in quibusdam delictis (dummodo grauibus) proceditur per inquisitionem, ne propter defectum accusatoris delicta remaneant impunita. Hoc am-
3 plius dico † quod inquisitio est de iure diuino, prout dicetur *in cap. de inquisitione.* Accusatio
4 non admittitur † nisi constet de delicto; nisi in casibus, de quibus dicetur infra in *tit.5.cap. de non torquendo reo, nisi constet de delicto.* Et
5 nota, quod vbi statuta † illustriss. Venetorum disponunt contumacem haberi pro confesso, seu non audiri, non habebunt locum, quotiens iudici non cōstiterit de delicto, quia officium suum est ante omnia quęrere de delicto, postea de reo. *l.2.C.de iuram.calum.* & ibi Bart. *l.raptor.C.de episcop. & cleri.* vbi fortius probatur reum conuinci debere de delicto. Libel-
6 lus est edendus † per accusatorem, licet diuersimode concipiatur. *l.fin.Cod.qui accus.non poss.* sed hodie accusatio fit simpliciter, & ita obseruatur, Gandin. *in tit. qualiter fiat accusatio.*
7 Sed talis accusatio † continere debet nomen accusatoris & accusati, crimen commissum, cum qua persona, quo loco, quo anno, &

quo

quo mense & quo die: fallit tamen in crimine falsi. Verum secundum Specul. *in* §. *2. de accus.* non est necesse apponi diem neque horam.
Alii autem post eum † dixerunt, quod si accusator scit, aut verisimiliter scire potest diem, tunc tenetur exprimere: & si dies aut aliud tempus necessarium obmissum fuerit in libello, poterit postea probari & conualidabitur libellus, Iul. Clar. *quæst. 12.* sed si de alio loco & tempore vltra positum in libello, fuerit probatum, an reus absolui debeat ab obseruatione iudicii? dicetur infra. Caueat accusator † ne petat reum puniri certa pœna, 9
quia sufficit accusatori petere reum puniri secundum formam iuris & statutorum. *l. 1. ff. ad SC. Turpill.* & ibi Bart. Si autem accusator expresserit pœnam in libello, quo non conuenit, reiicietur libellus propter talem ineptitudinem, sicuti propter aliam omissionem modi & formæ substantialis. Sed alii contradicũt, quia suppletur per iudicem tali defectui, not. *in cap. examinata. de iudic.* & ratio reddi potest, quod vbi aliquis actus non est necessarius, licet fiat & inepte, propter hoc non vitiatur processus, & in hoc differt à causis ciuilibus.
Sed numquid agi ciuiliter & criminaliter † in 10
eodem libello siue accusatione cõtra aliquem possit? Respondent scribentes, quod non, nisi agatur de re familiari, vt furti, vel de tabulis exhibẽdis, vel interdicto vnde vi, vel crimine

mine falſi,&c. Sed vna intentata & finita, altera poterit intentari, vt not. *in §. liberorum. Institut. ad leg. Aquil.* At nunquid plures poſſint
11 accuſari † in vna accuſatione, ſiue libello? Reſpondent ſcribentes poſſe de eodem delicto, vt *in titul. ſi reus vel accuſat. mortu. fuer. C.* Sed de diuerſis delictis non, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur, & non aliter. *l. cum rationibus.* vbi notat. per ſcribentes. *C. eod. tit.* fallit in adulterio, vbi plures rei accuſari non poſſunt, licet de inceſtu accuſari poſſint. *l. res. C. eod. tit.* Sed numquid vnum ſolum poſ-
12 ſim † accuſare in vno libello de diuerſis delictis. Reſpondetur poſſe, ſed delicta ſunt clare ſpecificanda, & ſigillatim, vt accuſatus certificetur, vt *in c. vt circa. extra. de elect.* Sed pro eo-
13 dem delicto non poteſt aliquis † accuſari diuerſis legibus ſimul, & ſemel. Ratio reddi poteſt, quod nō debet quis puniri ſiue affici duplici pœna pro eodem delicto, *c. at ſi clerici. extra de iudic. & l. ſenatus. ff. de accuſat.* Circa præ-
14 dicta eſt aduertendum † aliquem poſſe accuſari de pluribus delictis ſolo libello, ſi dicta delicta ſimul veniunt punienda, vna & eadem lege, aliter eſt ſi delicta veniunt punienda diuerſis legibus, tunc enim diuerſis & pluribus libellis accuſari oportet. *l. non eſt nouum. ff. de action. empt.* Accuſari quis poteſt à plurib. eo-
15 dem libello † ſi intereſt illorum: ſi autem non intereſt, magis idoneus ipſorum per iudicem

eligi

eligi debet. *l. licet. §. fin. ff. naut. caupon. stabular.* Verum hoc habet locum à principio, aliter prosequendum est. *l. si plures. ff. de accusat.* Libello eodem siue inquisitione † eadem potest 16
agi contra producentem falsos testes, & cótra falsarios testes. *l. hos accusare. ff. de accus.* Postremo accusator debet † subscribere libellum si- 17
ue accusationem ad pœnam talionis. *l. libellorum. ff. eo. tit.* Sed hodie hęc subscriptio est sublata rationibus dictis per Bart. *in d. l.* Sed quotiens expresse apparet de calumnia † accusa- 18
toris, potest puniri arbitrio iudicis, & in eadem sententia qua absoluitur reus. Verum tutius erit, ꝙ reus admoueatur, vt se defendat occasione calumniæ, secundum Bart. *in l. athlethas. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Et difficultas est cognoscere † quando quis per calumniã accu- 19
sauit, dicetur infra. Nota & limita regulam ꝙ lite † & accusatione pendẽte, & accusatus non 20
admittitur ad honores & per atrocitatem delicti concurrente infamia fit suspensio beneficii & officii, donec causa finiatur. Innoc. *in c. 1. de accusat. lib. 6.*

Formula † libelli in causa iniuriarũ: Coram 21
vobis, venerabili viro Dn. N. iudice, &c. ponit, & in vestra curia asserit, & in iure ꝓponit, Petrus C. accusator, contra M. H. malæ fidei notarium eiusdem curiæ, reum: dicens in medio, & proponens dictus Accusator contra dictum Reum, quod dictus Reus malitiose & iniu-

iniuriose & animo iniuriandi & conuiciandi in præsentia plurium honestarum personarũ in curia præsenti, vobis prædicto Dn. Iudice N. pro tribunali sedente, & ius reddente, & dicēte, vocauit dictum accusatorem falsarium, lenonem, furem & latronem: & non contentus de præmissis, sed mala malis augmentando, prædictus Reus irruit contra dictum accusatorem cum suo gladio seu pugione euaginato, & cum eo dictum accusatorem in maxilla eius dextra percussit, & atrociter vulnerauit, & ipsum interfecisset, nisi per circumstantes prohibitus fuisset, & suum posse fecit occidendi eundem. Quas iniurias tam verbales, quam reales illico ipsis dictis & factis dictus accusator ad suum animum reuocauit, & adhuc reuocat & nollet ipsas sibi fuisse dictas & factas per dictum Reum in loco prædicto, & in præsentia tot bonarum & ingenuarum personarum pro centum libris M. S.R.T.F. imo plus vellet dictas centum libras de suo patrimonio amisisse, & eas tantum æstimat, salua iudiciali taxatione. Vnde cum dictus Reus dictam emendam & satisfactionem eidem accusatori facere omiserit, & omittat, & indebite recuset, petit & requirit dictus accusator prædictum Reum ad dandum & soluendum dictas centum libras M.S.R.T.F. pro satisfactione & emenda dictarum iniuriarum, vel in id, quod vestra iudiciali taxatione decla-

declarandum & iudicandum seu æstimandum duxeritis, finaliter cōdemnari, & condemnatum compelli per vos antedictum Dn. Iudicem N. N. in omnibus, iustitia mediante: & prædicta petit etiam vna cum expensis in & pro hac lite factis & faciendis: item solenniter protestatur & petit, vt in his omnibus & in aliis, in quibus decet, vt oportet, officium vestrum interponatis, haud astringens se ad ea duntaxat probanda, quæ prædixit, sed & ea, quę pręsumpta vel confessata tibi sufficienter videbuntur ad suum propositum consequendum: cui petitioni petit per partem aduersam responderi coram vobis, venerabili viro Dn. N. N. Iudice, &c.

Forma † libelli in actione iniuriarum criminali: Mit vorbehalt aller rechtlichen Notturfft/ ꝛc. Bringet der E. vnd G. Hanß von N. für sich selbst erstlich/ zum zweyten von wegen der erbarn vnd tugentsamen seiner Haußfrawen/ vñ letzlich von wegẽ seines Sohns F. nachfolgende peinliche Klage vnd Zuspruch wider Titium von N. kürtzlich sagende/ wiewol Er vnd die Seinen ohne vngebürlichen Ruhm zu melden/ die Tage jhres Lebens sich aller Erbarkeit vnd Tugend beflieſſen/ vnnd sich anderst nicht/ denn wie einem frommen ehrlichen vom Adel zustehet vnd geziemet/ dermassen erzeiget vnnd verhalten/ daß es jhnen bey månniglich vnverweißlich gewesen/ derwegen auch niemands 22

einige Vrsach gehabt/ auch noch nicht hat/ Klagern sein eheliche Haußfraw / vnd Kinder / an jren Ehren schmählich anzugreiffen/ zu beschmitzen noch zu iniuriren. Aber dz ohngeacht vnd zu förderst / dz in gemeinen beschriebenen Rechten stattlich versehen / auch bey hohen Pönen vnnd Straffen verbotten/ dz niemand den andern an seinem guten Gericht/ Namen/ Herkomen vnd Leumuth beleidigen / angreiffen noch schmähen sol. So hat sich doch gleichwol der Beklagte Titius von N. den Kläger/ sein eheliche Haußfraw vnd seinen Sohn F. wiewol ohn einē beständigen Grund an jrē adelichen Ehren/ mit schmählichen ehrenrürigen worten/ zum höchsten zu iniuriren vñ zu beleydigen vnterstandē/ dieser Gestalt/ dz beklagter T. am tage N. dieses noch jetztlauffendē N. jahrs allhie zu N. auff dē Marckt/ in beyseyn vieler ehrlicher vom Adell / vnd andern Biderleuthen gesagt/ wie F. Klägers Sohn nit ehelich geboren were/ vnd als hernacher desselbigen Monats vnd jahrs Beklagter gen N. kommen / hat er solche ehrenrührige Wort / offentlich in der Hoffstuben vernewert / vnd widerholet/ vñ dauon nit gesettiget gewesen/ sondern am tage N. jüngst verschienen zu N. in der Herberg bey N. solches auch repetirt vñ offentlich gesagt/ F. von N were nit ehelich geboren/ dardurch nit allein F. von N. sondern auch klagēder Hanß vō N. als der Vatter/ deßgleichen sein tugentsame Haußfraw ernañts F. Mutter/ an jrē wolhergebrach-

brachten adelichen Ehren zum höchstē geschmähet vnd beleidiget/ welche Schmach sie allerseits zum höchsten zu Gemüth gezogen/ nachmals zu Gemüth ziehen/ vnd ad animum reuociren/ vnd nach dem jnen jhr Ehre vnd gut Gerücht/ das edelste vnnd beste Kleinot/ so haben sie jhrer vnvermeidlichen Ehren Notturfft nach/ die Klage anzustellen nicht vmbgehen können. Dieweil dann Klagender Hanß von N. nach klarer Sage der Rechten/ nit allein vor sich selbst/ sondern auch von wegen seiner tugentsamē Haußfrawē/ deßgleichē seines Sohns F. welcher noch in seiner vätterlichen Gewalt/ peinliche Klag vñ actionem iniuriarum hat/ so fordert er von Beklagtem richtige vnd vollständige Antwort/ vnd nach gethaner Antwort bitt er im Rechten zu erkennen vnd außzusprechen dz beklagter Titius von N Klagern vñ den seinen mit solchem schmähen gantz vnrecht gethan/ vnd jme solch libellirte vnd vnfreundliche jniurien zur Vnbilligkeit zugemessen/ auch derwegē Beklagter vñ derselbigē auffgelegten Schmach willen/ die da auff veränderte Orten vnd Zeiten mehrmahls vernewert/ nach peinlicher Art vñ Occasion aller circumstantiē deß Klagers Person/ adelichs Geschlechts/ Stands vnd Herkommens/ vnnd vielheit der schmähenden Person vnd jniurien in ansehentliche taffere Geldestraff/ solche in Fiscum oder sonstē in gemeinē Kasten/ andern zur Abschew zu erlegen/ zu verurtheilen vnd zu con-

demniren neben Erstattung der Gerichtskösten / darumb denn Kläger mit Anruffung deß hochadelichen vnnd miltrichterlichen Ampts zum fleissigsten bitten thut. Super omnibus & singulis petens sibi ius & iustitiam administrari.

CAP. IX.

Quando & quomodo accusator probare debet.

SVMMARIA.

1 *Testes examinatur citato reo, & existente contradictore, alias repetuntur, & an hodie id obseruetur?*

2 *Iudex debet examinare & interrogare testes, perinde ac si reus contradictor adesset.*

3 *Testes semel examinati non debent iterum super eodem examinari, & quid si iterum examinati contrariū primo deposuerint, vtrum dictum valeat?*

4 *Testis vnum dicēs extra iudicium, contrarium vero in iudicio, an de falso puniatur?*

5 *Testes in criminalibus numquid debeant esse omni exceptione maiores?*

PRoducta accusatione, deuenitur ad exa-
1 minationem, & testes † examinantur citato ipso reo, & existente contradictore, vt possit dare sua interrogatoria, & si fuerint examinati

minati testes non citato reo, iterum examinabuntur, & iudices, qui examinant testes reo citato, errant, secundum opinionem Salycet. *in l.fin.C.de quæst.* Angel. *de malefic. in verb. fama publica. vers. quæro.* Hippol. *in l.1.ff.de quæst.* Aduerte, quod stylus Italiæ est in contrarium & testes examinantur absque citatione partis, & testes non examinantur iterum, prout examinari non debent. Et hæc consuetudo examinandi absque citatione rei vtilis est, in puniendis delinquentibus, quoniam citati aut fugiunt, aut testes corrumpunt, & licet omnes scribentes dicant testes examinari debere reo citato, tamen hęc consuetudo defenditur, nec est de iure nouum, quod quando proceditur in criminalibus, ex argumentis & indiciis, eo casu testes examinari absque citatione partis possunt, tex. est *in c.1.de homicid. lib.6.* & ibi scribentes. Sed in hac materia aduertant † iudices 2
quod debent examinare & interrogare testes, perinde ac si reus contradictor foret; cum iudex teneatur de seipso facere debita interrogatoria, sicuti dicetur infra *in c. de non torquēdo reo per indicia, nisi plene probata, & quomodo probentur.* Et testes semel examinati † non debent 3
iterum examinari super eodem, quia si testis semel examinatus cum iuramento deposuerit, si iterum examinetur, & cōtrarium seu diuersum quid deponat, neutrum dictum valebit, Bart. *in l.eos.C.de fals.* imo plus tenuit Bart.

4 quod si testis dixerit † vnum extra iudicium; contrarium vero in iudicio, punitur de falso. Sed hęc opinio est reprobata per omnes scribentes, quia licet testis aliter in iudicio, ac extra iudicium dicat, nō videtur mentiri. Num-
5 quid autem testes † debeant esse omni exceptione maiores, dictum est infra *in c. de indiciis per visum vnius testis*. Iul. Clar. *q. 24.*

CAP. X.

De accusatore non probante, seu per calumniam accusante.

SVMMARIA.

1 *Accusatore non probante reus absoluitur, & quid si probatum sit de diuerso, quam positū sit in libello, an reus absoluatur vel puniatur de eo quod probatum est?*

2 *Accusator deficiens in probatione, an eoipso calumniari videatur?*

3 *Calumniosus accusator ante litem contestatam ab accusatione desistens, an possit puniri? & quid de accusante per modum exceptionis?*

4 *Occidens eum, quem tempore illatorum vulnerum bannitum fuisse asserit, vtrum si in processu non appareat, an antea vel post vulnera fuerit bannitus, pro vulneribus sit condemnandus?*

5 *Probatio semiplena releuat accusatorem à calumnia, nisi reus contrarium plene probet.*

Accu-

Accusatore non probante † reus venit absoluendus. Quid si de alio loco & tẽpore vltra positũ in libello fuerit probatũ, an reus absolui debeat ab obseruatione iudicii, an vero debeat cõdemnari de eo, quod probatum est? Et secundum Bart. absolui debet reus ab obseruatione iudicii, & de nouo poterit accusari, vide eum *in l. pen. C. de priuil.* Alii dixerunt posse condemnari de eo, quod probatum est, ne delicta remaneant impunita. *l. si à reo. ff. de fideiuss.* In hoc distinguendum esse existimo, videlicet si accusator accusauerit de facto proprio, seu de facto, ꝙ non ignoret, propter ꝙ reus passus est graues expensas, seu carcerem, tũc dico reum absolui debere ab obseruatione iudicii, & posse de nouo accusari secũdum doctrinam Bar. quia d. casu accusator videtur accusare potius per iniuriam, quamuis si vero reus non fuerit passus grauiores expẽsas, *vt supra*, & accusator potuit ignorare factum, tunc dico posse cõdemnari de eo, quod fuerit probatum vltra positum in libello. Numquid accusator † deficiens in probatione eo ipso calumniari videatur? Et videtur quod sic, secundum Spec. *in tit. de accus. nu. 24.* Mascard. *concl. 24. & seq.* Sed hæc opinio non placet, quia potest cõtingere, ꝙ iusto errore accusauerit. Bar. *in l. athleta. §. calumniator. ff. de infam.* Quare in hoc standum est conscientiæ iudicis, qui cõsiderabit, qua mẽte ad accusationem accusator

processerit; & si in euidenti calumnia reperiet eum legitima pœna afficiet. *l.1.ff.ad SC.Turpill.*
3 Et si quis per calumniam accusauerit † licet ante litem cōtestatam desistat, poterit tamen puniri, licet multi teneant contrarium per regulam, quod qui accusat, & subito desistit, non videtur accusare, sed dic posse puniri, quia iam iniuria est illata accusato, vt supra *in dictis iuribus*. Sed si quis accusauerit per modum exceptionis, licet expresse appareat de calumnia, non poterit tamen condemnari, quia ignoscitur illi, qui prouocatus est, dicetur *in seq. cap.* Quid si accuso te † quod vulnerasti Titium de mense Nouembris, & probatum est, sed excipitur, quod Titius fuit bānitus de dicto mense, & secundum leges contra exules potest impune offendi? vertitur in dubium, quia in processu apparet, an ante vel post vulnera fuerit bannitus, nunquid pro vulneribus venias condemnandus? Et licet opiniones & auctoritates sint vtrinque, dico te accusatum absolui debere, quia in delictis probationes in condemnando debeant necessario concludere. Angel. *de malefic. in verb. de anno præsenti.nu.6.* vbi vtrinque allegat. Postremo notandum est, quod semiplena † probatio releuat accusatorem à calumnia, nisi reus contrarium plene probet. Bald. *in l.fin.C. de probat.*

4 5

CAP.

Cap. XI.

De modo accuſandi per exceptionem.

Svmmaria.

1 *Accuſatio per modum exceptionis, quando habeat locum, & per quæ inducatur?*

2 *Accuſatus excipiens contra accuſantem de crimine, & petens illum de eo condemnari, videtur accuſare, & ſuper ea tanquam ſuper accuſatione procedendum erit, & in hoc accuſationis ſubſtantialia erunt obſeruanda.*

3 *Accuſatus non poteſt opponere crimen in modum exceptionis lite conteſtata.*

4 *Accuſatione per exceptionem propoſita, contra quem prius procedendum ad capturam, an contra accuſatorem vel accuſatum excipientem?*

5 *Exceptio accuſatoria in quibus ab accuſatione differat?*

6 *Excipiens de crimine & non probans, an puniatur vt calumnioſus accuſator.*

7 *Prouocato ignoſcitur.*

EST & alius modus accuſandi † per exceptionem, per quem proceditur & cognoſcitur de maleficio vltra ſupradictum modum. *l. quoniam. C. ad leg. Iul. de adult.* Clar. *q. 19.* quo caſu quandoq; crimina obiiciuntur per 1

accusatum via exceptionis, quandoq; contra producentes falsa, vel suspecta instrumenta, siue testes & similia: & tunc animaduertẽdum & distinguendum est, videlicet si accusatus excipit contra accusatorem solum ad repellendum eundem accusatorem ab accusatione sua siue ad derogandum fidei testium, siue fidei instrumentorum, tunc tales exceptiones non habent vim accusationis, per regulam, qui excipit, non excusat. *l. rescriptum. ff. de muneribus,*
2 *& honoribus* Si vero crimen fuerit † obiectum per accusatum non solum per exceptionem, sed etiam fuerit petitum, quod accusator condemnetur, tunc accusatus non solum excipere, verum accusare videtur; & tali casu per iudicem procedetur tãquam super accusatione. *l. vna. ff. vi bonor. rapt. l. 2. ff. de tabul. exhib.* Et notandum est, quod in tali casu debet & tenetur excipiens ponere locum, annum & mensem cõmissi delicti, perinde ac in accusatione. Bar. *in l. 1. ff. de except.* & est ratio, qui excipit, accu-
3 sare videtur, vt supra. Limita prædicta † quod lite contestata accusatus non potest opponere crimen in modum exceptionis. *L. 1. §. extraneis. ff. ad leg. Iul. de adult.* Clar. *quæst. 14. nu. 14. &*
4 *seq.* & quia plerunque † contingit in facto, ꝙ proposita suprascripta exceptione in modum accusationis incertus est iudex, contra quem procedere debeat ad capturam, & tali casu si pœna corporalis venit imponenda propter gra-

grauitatem & qualitatem delicti accusatus & accusator carcerabuntur, vt verius cognoscatur de delinquente, nec relaxabuntur, nisi cognito delicto, & est ratio, quia in tali casu vtraque pars est accusata. Si vero non erit pœna corporalis imponenda, iudex relaxari permittit, datis tamen fideiussoribus, vide Cyn. *in l.fin.C. de accus.* Quid si isti relaxati non paruerint foro, & iudici, quomodo procedetur? dicetur infra *in c.de captura & carcere.* Postremo animaduertendum est, quod exceptio supradicta & proposita modo, quo supra, pro accusatione habetur, sed tamen differt ab accusatione, † de qua *in c.praced.* quia quando cri- 5
men obiectum † accusatori per modum & vi- 6
am exceptionis non probatur, non proceditur cōtra ipsum excipientem ad aliquam pœnam, vtputa de calumnia, siue in aliis pœnis, in quibus proceditur contra accusantes de calumnia conuictos. Felin. *in c.1.nu.18. de except.* & ratio diuersitatis reddi potest, quia parcitur accusato, qui prouocatus est: ignoscitur enim illi † qui prouocatus est. *l.si adulterium.§.impe-* 7
ratores.ff.ad leg.Iul.de adult. Gail.*obseru.110.n.15. libr.2.* vnde accusatus per exceptionem accusans excusatur, quia quouis modo licet sanguinem proprium redimere.

Cap.

CAP. XII.

De denunciatione.

SVMMARIA.

1 *Denunciator est ad instar accusatoris, fallit in his, qui ratione officij ad id tenentur.*

2 *Denunciare quis teneatur maleficium commissum in confinibus duarum villarum?*

3 *Iuratus tenetur denunciare delictum finito officio suo, de quo non habuit ante notitiam.*

4 *Chirurgi siue Syndici, qui tenentur vulnera denunciare, an leues percussiones denunciare teneantur, vel eos, qui cum vnguibus offenderint?*

5 *Denunciantes malitiose non aggrauantes delictum, tenentur de falso.*

6 *Denunciantes aliquem, qui non deliquit, an & quando excusentur?*

7 *Denunciantes ratione officij, an ad expensas teneantur?*

8 *Denunciantibus officialibus, quando & in quibus casibus credatur?*

9 *Denunciare qui tenentur sub pœna, an excusentur, si accusator præuenerit?*

10 *Iurati an teneantur denunciare delicta, quæ de iure non sunt punienda?*

11 *Denuncians an possit recipi in testem.*

12 *Denuncians an consequatur beneficium statuti præmium proponetis indicanti delictum, vel accusatori?*

13 Ab-

13 *Absolutus à denunciatione an perinde sit, ac si absolutus foret ab accusatione?*

14 *Denunciatione facta per saltuarium, non dicetur de delicto constare?*

15 *Denunciatio sola non facit aliquam probationem vel indicium, sed tantum sufficit ad inquirendum.*

16 *Denuncians an teneatur edere libellum, sicut accusator?*

17 *Denunciatio quando sapiat accusationem, vel instigationem?*

18 *Iurati qui tenentur denunciare, etiam casus fortuitos, notorie impunibiles denunciare debent.*

DIctum est supra de accusatione, hic videndum est de denunciatione, per quam iudices procedunt, *l. ea quidem. C. de accus.* Denunciator est ad instar accusatoris † & debet 1
adsistere denunciationi, sicut accusator accusationi suæ: fallit tamen in officialibus & iuratis seu marigis villarum & aliis personis, quæ per statuta locorum seu per leges Principum tenentur denũciare: tali enim casu iudex procedit ex officio, vt *in d. l. ea quidem.* Si delictum committetur in confinib. † duarum villarum, 2
iurati vtriusq; villæ tenentur denunciare. *l. 1. C. vbi de crim. agi oport.* Iuratus tenetur † finito 3
officio suo denunciare delictum, de quo non habuit ante notitiam. *l. nam etsi seruus. ff. de negot. gest.* Chirurgi siue Syndici villarum † qui 4
tenen-

tenentur denunciare vulnera, non tenentur
denunciare leues percussiones, nec etiam de-
nunciare eos, qui offenderint cum vnguibus:
cum tales offendentes non incurrant pœnam
statutorum prohibentium offendere cum ar-
mis. Ang. *in l. armatos. ff. de vi publ.* idem *in l. pi-*
5 *gnore. §. qui furem. ff. de furt.* Prædicti iurati † si
denunciauerint delicta & non aggrauauerint
contra veritatem malitiose, siue certa pecunia
siue ad suggestionem alicuius, tenẽtur de fal-
so, Bald. *in l. duobus. §. fi. ff. de iureiur.* Idem etiam
habebit locum in eo, qui induxerit ad denun-
ciandum inique aliquod maleficium, æquali-
ter punietur de falso. *l. lex Cornelia. §. fin. ff. ad
leg. Cornel. de fals. & ibi Bart.* Syndici denunci-
6 antes aliquem † deliquisse, qui tamen non de-
liquit, excusantur, si crediderunt personis,
quibus quilibet alius credidisset, aliter puni-
untur, siue saltem condemnantur in expensis.
Bart. *in l. athletas. §. fin. ff. de infam.* Prædicti au-
7 tem omnes, qui † per officium denunciant,
non tenentur ad aliquas expensas. Bart. *in rub.
C. de offic. assessor.* Clar. *q. 7. nu. 12.* sed si prædicti
assistent denunciationi suæ, condemnabun-
tur in expensis, quia tunc funguntur officio
accusatoris, & non denunciantis, cũ talib⁹ suf-
ficiat denunciare tantum. Supradictis officia-
8 libus regulariter † non creditur, si crimen est
graue, aliter sic, dummodo denunciẽt de visu.
Bart.

Bart. *in l. diuus. ff. de custo. reor.* Iurati, qui tenentur denunciare † delicta sub certa pœna, non 9
excusantur à pœna, licet alius præuenerit accusator. Et ratio potest esse, quod interest reipub. quoniam potest contingere, q per accusatoré leuiter accusarentur. *l. 2. ff. ad SC. Tertull.*
Item tenentur denunciare † delicta, quæ non 10
sunt puniéda de iure, nec excusantur, quia nõ spectat ad ipsos iuratos cognoscere, sed ad iudices, & ipsi iurati possent se semper excusare. Prędicta multi limitant non habere locum in delicto notorie non punibili, vtputa in occiso, qui erat bannitus, & erat notorium. Angel *in l. ne quis. C. vt nemo priuat.* sed dic, vt supra dictum est, Clar. *quæst. 7. nu. 6.* Denuncians regulariter non potest † recipi in testem, imo i- 11
pse debet testes idoneos producere, licet non teneatur assistere. *l. diuus. §. denuncia. ff. de quæst.* potest tamen recipi in testem, quando iudex procedit non ad denunicandum, sed procedit per inquisitioné, & sic cauti assessores prędident, quod quando non habent alios testes, procedunt per inquisitionem, & examinant tales deputatos ad denunciandum, & tali casu creditur prædictis, vide Bart. *in d. l. diuus.* Si per statutum datur præmium iudicanti † deli- 12
ctum, an denuncians possit consequi beneficium talis statuti perinde ac si accusaret? dic quod sic. Idem etiam tene, quando statutum daret præmium accusatori, quod haberet lo-

cum in denunciatore, Angel. *in l. diuus. ff. de custod. reor.* & ratio reddi potest, quod interest Reipublic. vt quando citius possit, manifestentur delinquentes. *l. eum. qui. ff. de iniur.* Deinde etiam alia ratio reddi potest, quod idem effectus quoad dilationem pœnæ sequitur ex denunciatione, qui sequitur ex accusatione. *l. qui sepulchrum. ff. de sepulch. violato.* Absolutus
13 à denunciatione † perinde est, ac si absolutus foret ab accusatione, licet multi tenuerint cōtrarium, quod æque deducitur, & proceditur contra reum per denunciantem siue per accusatorem; isti etiam plus dicunt, quod Iudex absoluendo à denunciatione debet dicere denunciationem minus bene delatam; ad hoc allegant tex. *in d. l. diuus.* Tene tamē, vt in principio dictum est, nisi non legitime fuisset processum, prout supra dictum est *de absoluto ab accusatione.* Denunciatio facta per saltuarium,
14 siue † iuratum, siue aliter ad hoc deputatum de aliquo maleficio per dictam denunciationem, non dicetur constare iudici delictum esse commissum, quemadmodum de delicto ante omnia constare debet iudici prout supra dictum est sub *c. accusationis.* Hippol. *in praxi ab initio nu. 17. & 19.* itaq; Iudex debet se informare de maleficio vltra talem denunciationem, quæ vt supra non sufficit, Ant. de Butr. *in c. vestra. de cohabit. cleric. & mulier.* Denun-
15 ciatio etiam sola † non facit aliquam probationem

tionem vel indicium, nisi in leuibus. Bart. *in l. diuus. ff. de custod. reor.* Hipp. *d. loc. nu. 22.* denunciatio per se est sufficiens indicium ad inquirendum. Bart. *in d. l. diuus.* Denuncians non tenetur edere libellum † sicut accusator, quia 16
qui denunciat, expedite agere videtur. *c. nouit. in fin. extra de iudic.* Intellige tamen prædicta habere locum in personis denunciantibus vigore statutorum, siue consuetudinis, quæ etiam vt supra non tenentur assistere denunciationi suę, & intuitu & ratione talium personarum differt denunciatio ab accusatione nomine & effectu: secus autem in aliis denunciantibus, quia tunc denunciatio plus sapit accusationem, siue instigationem quam inquisitionem, & tali casu tales denunciantes possunt in expensis condemnari, vt supra & infra dicetur sub *c. inquisitionis.* Iurati villarum, qui tenentur † denunciare maleficia, tenentur 17
etiam denunciare casus fortuitos, quia an sit punibile, vel ne, spectat ad iudicem cognoscere. Angel. *de malefic. in verb. contra Gaium homicid.* Extende quod licet maleficia essent impunita etiam propter aliquod statutum seu consuetudinem, attamen tenentur denunciare; fallit tamen secundum Angel. *in l. ne quis. C. vt nemo priuat.* quando notorium esset occisum esse bannitum, qui per statutum impune offendi potest.

CAP. XIII.

De Inquisitione.

SVMMARIA.

1 *Iudex quando & quibus præcedentibus ad inquisitionem procedat.*

2 *Clausula,* sæpe & sæpius,&c. *quare in inquisitione ponatur?*

3 *Iudex licet cognoscat aliquod delictum, tamen non proceditur, nisi præcedant super eo clamor & diffamatio.*

4 *Inquisitio formari non debet, nisi pro grauioribus criminibus.*

5 *Iudex indebite inquirens tenetur ad omnes expensas & interesse partis indebite vexatæ.*

6 *Inquisitio loco libelli succedit, & est remedium in defectum accusationis.*

7 *Inquisitio formari non potest post lapsum annorum 20. nec etiam accusatio admittitur.*

8 *Statutum prohibens accusatorem, videtur etiam prohibere iudicem inquirentem.*

9 *Inquisitio quotuplex sit? & quæ dicatur generalis?*

10 *Iudici ante omnia constare debet de delicto.*

11 *Inquisitio quid continere debeat? & an idem quod accusatio?*

12 *Inquisitio in quibus differat ab accusatione?*

13 *Statutum tribuens beneficium inquisitioni an extendatur ad accusationem & econtra.*

14 *Testes post didicita testificata in inquisitione ex officio formata recipiuntur, secus in accusatione.*

15 In-

15 *Inquisitio facta aliquo instigante sapit accusationem, vnde instigator ad expensas condemnatur, si inquisitus absoluatur.*

16 *Minor 25. annis pro accusatore regulariter examinari non potest, secus in inquisitione.*

17 *Testes non idonei in inquisitione admittuntur, secus in accusatione.*

18 *Inquisitione pendente si superueniat accusator, quando audiatur?*

19 *Accusator superueniens quando à iudice inquirente repellatur?*

20 *Inquisitio an formari possit per iudicem originis contra subditum pro delictis commissis extra territorium?*

SVpra dictum est de diuerso modo accusandi, superest videre, quo pacto deficiente accusatore pro purgandis ciuitatibus malis hominibus per iudices procedatur. Inprimis sciendum est, quod tunc iudex ad inquisitionem † procedit, cum clamor validus ad eum 1
peruenit, & à personis honestis & non suspectis, & sæpe & sæpius. Qua de re † in inquisitione 2
ponuntur illa verba, *sæpe & sæpius*, Ang. *de malefic. in verb. non semel.* & hæc sunt de iure diuino, vt ibi: *Descendam*, inquit Deus, *& videbo, si clamorem, qui peruenit ad me, opere perfecit.* & dixit omnipotens Deus, *descẽdam & videbo*, tanquam iudex, alioquin tanquam Deo omnia certa explorata & in conspectu sunt. Vnde elicitur, quod licet iudex † cognouerit aliquod 3

delictum, non tamen procedet, nisi præcedant super ea clamor & diffamatio, vt supra; iuxta etiam dictum euangelicum, *mulier quis te accusat?* Et sic intelligitur prædicta sententia euangelica, vt non prohibeat inquisitionem simpliciter. Sed quando non præcessit clamor, licet dicta sententia per Gandin. & alios scribentes *in principio suæ practicæ* aliter intelligatur. Caueant etiam iudices, vt non nisi
4 pro grauibus † criminibus inquirant: non enim est inquirendum de leuibus, quia tūc magis inquiruntur marsupia quam delicta. Deus perdat iudices auaros. Et tales iudices indebi-
5 te inquirentes † tenentur ad omnes expensas, & interesse partis indebite vexatæ, Bossius *de accusat. num. 21.* & maxime quando apparet de culpa iudicum. *l. filiusfamilias. ff. de iudic.* Inqui-
6 sitio loco libelli † succedit, & inquisitio est remedium in defectum accusationis, ne delicta remaneant impunita. Innoc. *in ca. super literis.*
7 *de rescript.* Iudex non inquiret † post lapsum 20. annorum, quo elapso quis non admittitur ad accusandum, sicut dictum est supra, Iulius Clar. *q. 51.* Quare statutum prohibens accusa-
8 torem † videtur etiam prohibere iudicem inquirentem. *l. non solum. §. quamque. ff. de iniur.*
9 Inquisitio duplex † est, vna generalis, alia specialis. Generalis diuiditur in quatuor; Primo cum prætor inquirit quoad delicta & personas, videlicet si sunt aliqui pœna digni in sua pro-

prouincia. Alia ẽt generalis quoad perſonas, ſpecialis ad delicta, videlicet quãdo delictum eſt notorium, ſed ignoratur delinquens. Tertia generalis ad delicta, ſpecialis ad perſonas, videlicet quando Syndici inquirunt contra poteſtatem & familiam. Quarta eſt generalis cõtra perſonas videlicet cum inquiritur contra ciuitatem; ſpecialis eſt cõtra delicta & perſonas. Supradicta probantur *in l. congruit. ff. de offic. præſid. c. per inquiſitionem. de accuſat. l. aliud. ff. de reg. iur.* Iudici ante omnia † conſtare de- 10
bet de delicto, ſicut dictum eſt *in d. c. de accuſ.* Iul. Clar. *quæſt. 3.* Et ſolemnitas, quæ requiritur in ea, requiritur & in inquiſitione, licet in aliquib. fallat, & infra dicetur. Inquiſitio debet continere certum tempus † & locum, prout 11
de accuſatione dictum eſt, non vitiatur ꝓpter aliquam falſam adiectionem, vtputa cognomen, dummodo aliæ demonſtrationes ſint veræ, notat. *in l. in iis. ff. de hered. inſtit.* Inquiſitio differt † ab accuſatione, quia fit ex mero offi- 12
cio, & eſt magis fauorabilis. Vnde ſtatutum tribuens beneficium † inquiſitioni, non ex- 13
tenditur ad accuſationem, econtra vero ſic. gl. *in c. in fidei. de hæretic.* Inquiſitio differt etiam in formando proceſſu; quoniam poſt † didicita 14
teſtificata poſſunt recipi teſtes, in accuſatione non vtique. Intelligo prędicta in inquiſitione facta ex officio tantum, ſecus vbi inquiritur aliquo promouente, notat. *in auth. qui ſemel. C.*

 de teſtib.

15 *de testib.* Et ratio est, quia inquisitio facta † aliquo promouente siue instigante, sapit potius accusationem, & tales personæ condemnãtur in expensis, si inquisitus fuerit absolutus. Bal. *in l. obseruare. ff. de offic. proconsul.* Ideo datur cautela, ne tales instigatores sinant se nomi-
16 nare in actis. Minor 25. annis † regulariter pro accusatore examinari non potest, secus in in-
17 quisitione, quo casu etiam testes † non idonei admittuntur, qui in accusatione non admitterentur. Bald. *in l. 1. C. de sum. trinit. & fid. cathol.* Et ratio esse potest, quod testes examinati ex officio non præsumuntur falso deponere, quoniam carent instigatione: Limita tamen dictum Baldi, vt infra *in cap. de iudiciis per visum vnius testis.* Item pœna legis mutari potest, secus in accusatione. *l. non solum. §. quanquam. ff. de iniur.* Inquisitione pendente si su-
18 perueniat accusator, † audietur quandocunq; ante sententiam, quia per accusationem cessat inquisitio, & acta facta iudice inquirente valebunt in accusatione, quia tendunt ad vnũ finem. Iul. Clar. *quæst. 3. nu. 4. 5. & 6.* Assessores autem intimare possunt heredibus occisi, si intendunt aliquo suo iure vti, quibus existentibus in mora, inquisitio procedet, & accusator nõ audietur. Limita etiam prædicta, quod
19 iudex † repellet accusatorem superueniẽtem, si certus erit de collusione siue de præuaricatione, not. *in l. 3. ff. de liber. homin. exhib.* Item repel-

pellet accuſatorem, quando eſt negligens; fallit tamen ſecundum aliquos, quādo ſuam vel ſuorum proſequitur iniuriam. *l.2. §.fi.ff.ad leg. Iul. de adult.* Quid ſi interfectus non habuerit heredes? Iudex proclamari curabit, ſi quis accuſare intendit, ſtatuendo terminum accuſare volentibus. Sed aduerte, quod conſulitur iudicem prius inquirere, quam proclamare, & hoc propter periculum colluſionis accuſatoris cum accuſato. Item propter negligentiam, quia tarde examinare poſſet teſtes, qui teſtes interim facile corrūpi poſſent: Paul. de Caſtr. *in conſ.24.vol.1.* Poſtremo quæritur, an inqui-
ſitio † formari poſſit per iudicē originis cōtra 20
ſubditum pro delictis cōmiſſis extra territorium? Reſpondetur vtrinq; eſſe magnas autoritates & commun. opin. reputari, quod iudex originis poſſit formare inquiſitionem & punire; ſecundum tamen ſtatuta loci delicti. Angel. *de malefic. in verb. hæc eſt quædam inquiſitio.*

Cap. XIV.

De captura & carcere.

Svmmaria.

1 *Iudex quando ad capturam procedere poßit?*

2 *Relaxatio rei capti quando ſtatim fieri debeat abſq; expenſis non expectata ſententia?*

3 *Captura rei an & quando fieri poßit ſine auctoritate iudicis?*

4 *Repertus in flagranti crimine poteſt à quocunque capi, ſed non detineri, niſi per 20. horas.*

5 *Commißio rectoris de capiendo aliquo, durat etiam in tẽpus successoris, si facta fuerit cum causæ cognitione.*

6 *Capi potest in ecclesia reus propter atrox delictum, & quid in aliis delictis.*

7 *Captus pro leui crimine, pro quo non ingeritur pœna sanguinis, relaxari debet fideiussoribus, alias iudex tenetur in syndicatu.*

8 *Carcer est species tormenti.*

9 *Fideiussores non sunt recipiendi, vbi pœna corporalis aut banni ingeritur.*

10 *Membrorum suorum nemo est dominus.*

11 *Relaxari fideiussoribus quibus casibus reus minime debeat, licet pœna corporalis non ingeratur?*

12 *Relaxatus cum fideiussoribus non idoneis potest iterum capi, & cogitur idonee fideiubere, nec fideiussores ob talem capturam liberantur.*

13 *Capi se à familia non permittens si occidatur, homicidium erit impunitum; fallit, quando quis capitur pro delicto ciuili.*

14 *Familia an reum se defendentem impune possit occidere.*

15 *Capti gaudent priuilegio miserabilium personarum.*

16 *Carceratus si est pauper, & egenus debet ab eo ali, qui eum detineri fecit.*

17 *Carceratus an poßit citari ad aliquem actum, & an contrahere poßit, saltem cum eo, qui*

illum

illum fecit carcerare, ad hoc vt se liberet?

18 *Carceratus iuste pro vno debito vel delicto potest recommendari pro alio.*

19 *Captus à iudice incompetenti debet transmitti ad suum iudicem, & is non tenetur stare processu formato per iudicem transmittentem.*

20 *Bannitus captus à familia, non potest ab ea impune occidi.*

21 *Carceratus frangens carceres, & fugiens habetur pro confesso, si constet de delicto.*

22 *Carceratus iniuste potest ex carcere fugere, & resistentes custodes impune offendere & occidere.*

23 *Carceratio dicitur iniusta, quando per iudicem non fuit seruatus iuris ordo in capiendo.*

24 *Custodes an teneantur, si carceratus pro delicto è carcere aufugiat.*

Regulariter non proceditur ad capturam
sine † iudiciis, procedi tamē potest habita 1
aliquali informatione. Potest etiam incipi à
captura, quando periculum est, ne reus fugiat,
vel quando reus reperitur in crimine, & in
supradictis non expectatur, quod constet de
delicto. Verum si reus † non deliquerit, rela- 2
xari debet statim, & absque expensis, si ex officio
capus fuerit, non expectata aliqua sententia.
l.2.C.de exhibit.reor. Salycet.*in l.nullus.C.
eod.tit.* sine iudicis autoritate nemo † capitur, 3
fallit in falsatore monetæ, desertore militiæ,

 latro-

latrone publico, agrorum depopulatore, fure, virginum raptore, notat. *in l. vnica. C. de raptu*
4 *virgin.* Item repertus in flagranti crimine † potest capi vt supra à qualibet persona. Capti tamen supradicti non possunt detineri, nisi per spatium 20. horarum, intra quod spatium debent ad iudicem mitti, Bart. cum gl. *in l. capite quinto. ff. ad leg. Iul. de adult.* Commissio re-
5 ctorum † de capiendo aliquem, durat etiam in tempus successorum, si talis commissio fuerit facta cum causæ cognitione, Angel. *in l. fundum. ff. de acquir. possess.* Propter atrox deli-
6 ctũ detinetur † reus in ecclesia. *Exod. c. 21. l. 2. C. de iis qui ad eccles. confug.* & ibi Cyn. & Bart. Pro aliis vero criminibus detineri non potest in ecclesia, cœmeterio, & hoc amplius in hospitali ab episcopo constituto. Bald. *in l. si quis ad ecclesiam. Cod. de episcop. & cleric.* sed de hoc
7 vltimo dubitatur. Captus pro leui † crimine pro quo non ingeritur pœna sanguinis, relaxatur fideiussoribus, secus si aliqua pœna corporalis ingeratur, & si iudex non relaxabit, vbi non ingeritur pœna corporis, tenetur
8 in syndicatu, & est ratio, quia carcer † est species tormenti. Bartol. *in leg. si vero. ff. qui satisdar. cogunt. & in leg. 1. ff. de custod. reor.* Et
9 aduertendum est, quod fideiussores † vbi ingeritur pœna corporalis, aut banni, non debent recipi per iudices: quia licet fideiussores expresse se obligassent ad pœnam corpora-

poralem, siue banni, propter talem obligationem non possent puniri, & est ratio, quia nemo † est dominus membrorum suorum. *l. liber homo. & ibi Bart. ff. ad leg. Aquil.* 10
Præterea nota, quod sunt casus, in quibus licet non ingeratur pœna corporalis, reus tamen non relaxatur. Primo, quando reus aufugit † de 11
carcere, alias perdit priuilegium, secundum Angel. *de malefic. in verb. fama publica.* Sed æquitas est in contrarium, dummodo idonee fideiubeat. Secundo, quando reus à principio recusauit fideiubere. Tertio si confitetur sponte delictum. Quarto si repertus est in flagranti crimine siue cum armis. De prædictis & aliis vide Hippol. *in §. attingam. in princip.* Sed hodie prædicta sunt ad libitum iudicantium. Captus si relaxabitur † cum 12
fideiussoribus non idoneis, poterit iterum capi, & cogetur idonee fideiubere. Bald. *in l. 1. ff. si quis in ius vocat.* nec propter capturam rei principalis liberantur fideiussores. Bartol. *in leg. si heres à debitore, ff. de fideiussoribus.* Et ratio est, quod licet deuentum sit ad capturam, non tamen est satisfactum: respicitur enim ad ipsam satisfactionem tanquam causam finalem, quamobrem fideiussores capi poterunt. Si quis se defendēdo † non permittit 13
capi à familia prætoris, quæ ipsum iuste capere potest, si interficiatur à familia, homicidium tale erit impunitum, licet multi tenuerint con-

contrarium, Paul. de Castr. *in consil.*incip.*viso supradicto puncto.nu.194.* Iac. de Butr. *in l.2.C.de ijs qui latro.* Supradicta limita non habere locum, quando quis capitur pro debito ciuili. Item limita, quod in causa criminali oportet, quod liquido cōstet in processu contra reum, vt supra interfectum. Angel. *in l.si quis virgi-*
14 *nem.ff.de iniur.* Caueant itaque iudices † ne delinquentes capi curent cum periculo vitæ, nisi liquido constet contra ipsos delinquentes, aliter puniuntur in syndicatu. Capti gaudent
15 priuilegio † miserabilium personarum, & legatum factum carceratis dicitur ad pias causas. Bald. *in l.si id quod.C.de sacros.eccles.* Quare iudex tenetur visitare & curare carceratos. Et
16 si carceratus † est pauper, quod non possit se sustentare, ille qui carcerari fecit, debet eum alere, notat. *in l.3.& l.iudices. C.de episc.audient.*
17 Carceratus non potest citari † ad aliquem actum & processus formatus est ipso iure nullus. Item regulariter contrahere non potest, Bal.*in l.vnica. C. de confess.* Aliqui ponunt cautelam ridiculam, tamen not. quod carcerati extrahantur de carcere, cum custodia tamen officialium, & tali casu volunt carceratos posse contrahere. Carcetatus potest contrahere cum illo, qui fecit carcerari, dum sit rite & debite carceratus: & est ratio, quia aliter se liberare non posset. *l.qui in carcere.ff.quod met.caus.* Aduerte, quod multi tenent, quod carceratus

pos-

ſit citari. Hippol. *in* §. *attingam.* vbi multa allegat. Ego diſtinguo, quod ſi carceratus eſt diues & potens, quod poſſit citari, aliter non, text. eſt cum gloſſ. *in l. 2. C. quibus ex cauſ. maior.* Carceratus pro vno debito † poteſt recom- 18
mẽdari pro alio, ſicuti carceratus pro vno delicto poteſt recommendari pro alio, licet ſint multę opiniones in contrarium. Hip. *in* §. *diligenter.* Si carceratus fuerit quis indebite, non poterit recommendari pro alio debito. Alex. *in conſ. 158.* Captus à iudice non † competenti, 19
debet tranſmitti ad ſuum iudicem, & iudex, ad quem tranſmittitur, non tenetur ſtare proceſſui formato per iudicem tranſmittentem. Si exul captus eſt à familia prætoris, quamuis ſtatuta locorum diſponant, bannitos † poſſe 20
impune offendi & occidi, non poterit tamen ab ipſa familia impune occidi propter reuerentiam magiſtratus, & religionem iudicandi. Carceratus fugiens † de carcere habetur pro 21
confeſſo, & poteſt procedi contra eum, tanquam confeſſum delictum, pro quo fuit captus, quod nota propter aliquas leges diſponentes abſentes non poſſe definitiue exulare. Nam dictæ leges non habebunt locum in capto fugientę. *l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſ.* Limita tamẽ prædicta, ſi conſtet de delicto. *l. raptor. C. de epiſc. & cler.* Item limita, ſi reus fugit fractis carceribus; aliter enim ſi aperto carcere. Item quando † carceratio eſt iuſta. 22

Nam

Nam quando est iniusta, licet reo fugere, & adeo licita est fuga, quod licet custodes impune offendere & occidere. Bart. *in l. prohibitum.*
23 *C. de iure fisci.* Et carceratio tunc † dicitur iniusta, quando per iudicem non fuit seruatus iuris ordo in capiendo. Si carceratus pro ali-
24 quo debito † aufugerit de carcerib. an custodes teneantur? Bossius *de carcer. n. 10.* Respondeo, quod quando captura est iniusta, non tenentur, quia captura iniusta est ipso iure nulla. Idem dic de potestate. Bald. *in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & in l. si bonæ fidei. ff. de rei vendicat.*

TITVLVS II.

CAP. I.

De Dilationibus.

SVMMARIA.

1 *Reus in iudicio comparens, quid sibi petendo opus habet.*
2 *Definitio dilationis quæ.*
3 *Dilationũ diuisio quæ, & quomodo cõceduntur.*
4 *Dilatio extra iudicium quando conceditur.*
5 *Dilatio in iudicijs quando datur, & quidem multifariam.*
6 *Accusatori in criminalibus duæ, Reo vero tres dantur dilationes.*

1 REus in iudicio comparens † sibique deliberatione quadam, an contendere vel liti

liti cedere debeat, opus esse habens, dilationem intra quam se in causa informare posset, petit. *l.1.§.1.ff.de edendo.authen.offeratur.C.de lit. contest.* Dilatio est facultas † cuiusq; rei agen- 2
dæ infra tempus moderatum à lege vel iudice. *l.1.& ibi Cyn.C.de dilat.& per tot.tit.extra eo.tit.* Hinc dilationum aliæ extra iudicium † conce- 3
duntur, alię in iudiciis. Dilatio extra iudicium conceditur † temporis ad deliberandum de a- 4
liqua re facienda: in iudiciis † vero datur dila- 5
tio quædam citatoria, alia recusatoria, alia litigatoria, alia probatoria, alia allegatoria, alia expectatoria, alia diffinitoria, & quædam iudicatoria. *auth.qui semel.C.quomod.& quand.iudex.l.fin.C.qui accus.non poss.* Obiter hic tamen notandum est, in causis criminalib. † accusa- 6
tori duas saltem, reo vero tres dilationes dari posse. *l.fin.C.de pœn.l.fin.ff.de fer.* Reliqua de dilationibus huc spectantia fusius vide in processu ciuili.

Cap. II.

De Feriis.

Summaria.

1 *Citatus in feriis, an comparere teneatur, vel non.*
2 *Feriæ quæ vocantur.*
3 *Feriæ vnde dictæ sunt.*
4 *Feriarum diuisio quæ.*
5 *Harum subdiuisio quæ.*
6 *Feriæ solemnes quæ sunt.*

7. Ne-

7 *Necessariæ quæ.*
8 *Repentinæ quæ dicuntur.*
9 *Libellus iudici diebus feriatis offerri potest; secus fit in citatione.*

TErminus feriarum dilationibus non incõuenienter hic annectitur. Nam si quis
1 feriarum † tempore citetur, ei quasi dilationes legitimæ concessæ sint, comparere non tenetur, *l. fin. C. de fer. & c. fin. extra eod. tit.* feriæ
2 sunt † dies feriati, quibus iudicia non exercentur, nec ius dicitur. *l. pridie. ff. de fer.* Hæ dicun-
3 tur quasi foeriæ † quia præstant vacationem ab his, quæ in foro agi consueuerunt; & sunt
4 vel ordinariæ, vel † extraordinariæ, per *tot. tit.*
5 *C. de fer.* Et hæ rursus sunt † vel solemnes, necessariæ & repentinæ. Specul. *in titul. de fer. §. 1.*
6 *n. 4. & 5.* Solemnes † ad Dei cultum & sanctorum reuerentiam introductæ sunt. *l. 2. cum se-*
7 *quentib. C. de fer.* Necessariæ † ob hominum necessitatem ad fructus colligendos introductæ
8 sunt. *l. 4. ff. de fer.* Repentinæ † dicuntur, quas solus Princeps vel magistratus ob publicam gratulationem inducit. gloss. *in clem. sæpe in verb. ob necessitates. de verbor. signific.* Demum &
9 hic quoque obseruandum est, libellum † posse iudici diebus feriatis offerri. *l. miles. §. sexaginta. ff. ad leg. Iul. de adult.* secus fit in citatione, quæ nullo modo efficax dicitur. *l. 2. §. fin. ff. si quis in ius vocat non. ier.*

CAP.

Cap. III.

De cautionibus & satisdationibus.

Summaria.

1 *Satisdationis definitio quæ.*

2 *Satisdationum diuisio quæ.*

3 *Iudiciales quæ sunt.*

4 *Satisdatio simpliciter sine adiecto sumpta, quomodo intelligenda.*

5 *Cautio est verbum generale omnium securitatum & nudam promissionem significat: & dicitur verbalis cautio. nu. 6.*

7 *Differentia inter satisdationem & cautionem quæ.*

8 *Sunt & aliæ cautiones, & quando hæ à partibus præstari solent.*

9 *Cautio iuratoria quando præstanda.*

10 *Cautio tam in ciuilibus, quam criminalibus præstanda est.*

11 *Fideiussores quando in criminalibus recipiuntur.*

12 *Fideiussores in iudicio dati & pro idoneis habiti, quales esse debent.*

13 *Satisdationes quam ob causam inuentæ ac constitutæ, & cur ante litem contestatam præstantur.*

EXpositis feriis, & quæ circa hanc materiam necessaria consideranda sunt, dixisse sufficit. Verum quoniam oblato libello quædam cautiones & satisdationes in iudiciis præ-

ſtantur, ideo non inutile erit, vt de eis aliqua
1 ſubiiciamus. Hinc ſatiſdatio † eſt cautio, qua aliquem datis fideiuſſoribus vel pignoribus de lite ſecurum facimus. *l.5.& 10.ff.de in ius voc. l.1.ff.qui ſatiſdar.cogant.* vbi gl.& Dd. Satiſdatio-
2 num ergo aliquæ † ſunt iudiciales, quæ in iu-
3 dicio † præſtantur, aliquæ extra iudicium. Et
4 ſatiſdatio ſimpliciter † ſine adiecto ſumpta intelligitur, quando pignora vel fideiuſſores interueniunt: cautio vero eſt verbum generale omnium ſecuritatũ. Nam ea ſimpliciter ſine
5 adiecto † prolata, nudam promiſſionem ſignificat. *l.ſancimus. C.de verbor.ſignif.* & dicitur
6 verbalis † cautio, ſed cum additur idonea vel ſufficiens, intelligitur de pignoratitia & fideiuſſoria. *l.mandato.ff. mandat.* Si vero mediocris dicitur cautio, tũc venit obligatio omnium bonorum. *l.filio.in fine.ff.vt legat. nomin.caueat.*
7 Vnde hęc differentia † in vtrumq; manat, quod cautio fiat cum nuda promiſſione, & verbo duntaxat; at ſatiſdatio requirat pignora & fideiuſſores. *l.ſancimus.C.de verb.ſign.* Sunt
8 & cautiones † quæ à partibus vtriſque, tam ab accuſatore, quam reo præſtantur, ſcil. cautio de iudicato ſoluendo & iudicio ſiſtendo. Nam
9 cum immobilia non poſſideant, † cautionem præſtabunt iuratoriam per iuſiurandum de iudicato ſoluendo & iudicio ſiſtendo, litem ad finem vſque perducere volentes, atque ita cautio tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus

libus † etiam leuioribus præstari solet. *l.3.C.de his qui accusare poss.* & de non offendendo nec vindicando. *l.qui bona.ff.de damn. infect.* quando vero fideiussores † in criminalibus recipiantur, vide Wesenbec. *in paratit.ff. de fideiuss. nu.4.& in tit.de custod.reor.nu.5. & seqq.* Vnde fideiussores † in iudicio, vt pro idoneis habeantur, pro qualitate rei locupletes dari debẽt, non tantum facultatibus, sed & conueniendi facilitate. *l.1. & 2.ff.de in ius vocand.* Denique satisdationes † tum pro assecuratione iudicii, tum partium litigantium saluberrime de iure inuentæ & constitutæ sunt. Propterea etiam in initio statim iudicii ante litem contestatam præstandæ veniunt, *l.Pomponius.* §.*ratihabitionis.ff.de procura.* fideiussoribus vel pignoribus. *l.1.*§.*iubet.de collat.bonor.* & altera pars litigantium non prius litem ingredi & accipere cogẽda, nisi idonee cautum sit, *tot.tit.si quis cautione iudicium reddatur inane contra l.si prætor. de iudic.* & vt pars de re petita, litiumque expensis secura sit. *d. l. 1. in verb. securum facimus. ff. qui satid. cog.*

10, 11, 12, 13 (margin)

CAP. IV.

De exceptionibus.

SVMMARIA.

1 *Exceptionis definitio quæ.*
2 *Exceptio vnde dicatur?*

3 *Exceptio cur introducta est.*
4 *Exceptiones cur comparatæ sunt.*
5 *Exceptionum diuisio quæ.*
6 *Dilatoriæ quæ sunt: & hæ dicuntur temporales, ac cur. nu. 7.*
8 *Declinatoriæ quæ dicuntur.*
9 *Peremptoriæ quæ sunt.*
10 *Dilatoriæ & declinatoriæ exceptiones quandò opponendæ: peremptoriæ verò quando proponuntur.*
11 *Exceptio contra responsiones & articulos à reo factas: & huius sentẽtia interlocutoria quæ. num. 12.*
13 *Formula exceptionis quæ.*

TAntum de materia satisdationum & cautionum: verum quia præstita vtrinq; cautione, reus iudicem aliquandò recusat, aliquando opponit exceptiones, denique hisce deficientibus litem contestatur. De iis singulis igitur ordine dispiciam; & primum qui-
1 dem de exceptionibus. Exceptio † est conditio, quæ reum eximit à damnatione, modo eam minuit. *l. antepen. ff. de except.* Vnde dicta
2 est † exceptio, quasi actionis exclusio. *l. 2. ff. eo.*
3 *tit.* Hinc exceptio † introducitur ad maximam commoditatem. Interest enim potius retinere, quam post solutionẽ repetere. Com-
4 paratæ igitur sunt † exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Porro exce-

exceptiones † sunt aut personales, quæ perso- 5
næ cohærent. *l. exceptiones. 7. ff. eod. tit.* aut rea-
les, quæ rei cohærent. *l. exceptio. 28. ff. de ex-
cept. rei iudic.* Deinde exceptionum † aliæ di- 6
cuntur dilatoriæ, aliæ declinatoriæ, aliæ per-
emptoriæ. Dilatoriæ † sunt, quæ contra per- 7
sonam actoris vel eius procuratoris propo-
nuntur, quæ & tẽporales dicuntur, quia ad tẽ-
pus nocent, & dilationem temporis tribuunt.
text. *in §. temporales. Iustit. de except.* Declinato-
riæ sunt † quæ in iudicis personam opponun- 8
tur. Peremptoriæ vero sunt † quæ propter 9
rem, de qua lis vertitur, opponuntur: Tol-
lunt enim in totum ipsam tum obligatio-
nem, tum actionem. Denique exceptiones
dilatoriæ & declinatoriæ † ante litem con- 10
testatam sunt opponendæ: peremptoriæ ve-
ro post eandem proponi debent. *l. si quis. l. cum
nondum. & leg. præscriptionem. 8. Cod. de except.*
Reliqua ad materiam exceptionum pertinen-
tia vide latius in processu meo ciuili. Atque
hæc de exceptionibus: sequitur replicatio.

Exceptio † contra responsiones ad articu- 11
los à reo factas: A. Gegen vnd wider die jetzt-
angehörte vntüchtige responsiones rei zu exci-
piren/ nimpt accusator erstlich an alles vnd je-
des/ so viel dieselbige vor jhn seyn/ vnd verstan-
den werden mögen/ gegen den vbrigen sagt Er
gemeine Eynredt/ vnd jnsonderheit sagt accu-
sator, daß Reus oder sein Defensor, &c. auff

den 4. 5. vnd 9. Item auff den 10. vnd 13. Articul gar nichts / auff den 15. vnd 18. Articul aber gantz vngeräumpt/vnd weitläufftig geantwort hat. Bitt demnach Reum oder sein Defensorem alsbaldt anzuhalten auff die jetzternennte Articul / wie sich es in Recht gebüret/lauter/eygentlich vnd ohne Anhang Antwort zu geben/ auch jhnen deß Auffenthalts halben in gebürliche Straff zu nemmen/ E. G. miltrichterlich Ampt zum fleissigsten anruffend.

12 Interlocutoria † sententia: In der peinlichen Sachen zwischen Anklager eins / gegen vnd wider N. N. Beklagten ander theils/geben Richter vnd Scheffen zu Recht den Bescheid/ daß Reus alsbald in eigener Person auff jeden Articul durch die Wort / Glaub wahr / oder Glaub nicht wahr/ohn Anhang/ vnd sonderlich ohne die Wort / wie gesetzt / antworten / vnnd wann er einen Articul an einem Ort wahr glaubt / vnnd am andern nicht / alsdann in seiner Antwort den Articul vnterscheiden / vnnd wo er denselben wahr glaubt oder nicht / anzeigen soll.

13 Formula † exceptionis: Defensor Rei sagt excipiendo gegen deß accusatoris vermeinten Beweißthumbs generalia / ist weiter nichts / dann sich in Warheit erfindt/ geständig/ insonderheit aber zu excipiren sagt Reus, daß Klager sein angedichte/vermeinte/vnbeständige / weitläufftige Anklage / keines wegs erwiesen habe/ dann

dann der 5.6.7. vnd 8. Zeugen haben bey dem 7. 8. 9. vnd 10. Klagarticuln / jhres Wissens kein Vrsach angezeiget / so weiß der 7. Zeug nichts davon / der 8. ist vnicus & singularis. Item infamis, der 9. Zeug ist der Sachen verwandt / vnd deß Klägers Bruder / so ist der 12. (wie jedermann kündtlich / vnd er der Zeuge selbst bekeñt) ein Ehebrecher / darumb nit anzuhören / so sind auch die articuli mehrertheils impertinentes facti alieni, vnd also auch nit zuläßlich / etc. vnd wann die Herrn S. alle Vmbstände der zeit vñ sachen / daran man keines wegs zweiffelt / eygentlich erwegen / werden sie nichts anders dañ einen lautern Muthwill vnnd vnbillich vorhaben / Reum dadurch in offentlichen schaden / hon vnd spott zu treiben / befinden / Vnd dieweil B. gantz vnschuldig / vnd vom anklagenden calumniatore nichts erwiesen ist / so bitt er / wie in contestatione litis gebetten / zu erkennen / alles mit Abtrag / etc. Saluis saluandis.

CAP. V.

De replicationibus.

SVMMARIA.

1 *Replicatio quæ dicitur.*
2 *Exceptio actionem excludit, sic replicatio exceptionem, & deinceps.*
3 *Duplicatio quæ est.*
4 *Replicatio quomodo subsistit, & quando opponitur.*
5 *Tempus ad replicandum penes quem consistit.*
6 *Formula replicandi in causa criminali.*

 Re-

1 REplicatio † dicitur exceptionis factæ exclusio & resolutio aduersus reũ ab actoris parte veniens. *l. 2.ff.de except.* quemadmo-
2 dum enim exceptio † actionem excludit, ita replicatio exceptionem, replicationem duplicatio, duplicationem denique triplicatio, & alia sic actori, alia reo obstat & nocet. *l. 1.& 2.ff.de except.& in tit.C.& Instit.de except.* Hinc
3 duplicatio † est allegatio quædam à reo repli-
4 cationi opposita. Porro replicatio tum † recte subsistit, quando reus exceptionem suam contra actoris intentionem opponit. gloss. *in cap. ad dissoluendum. in verb. accusari.extra de despons. impub.* hæc quoq; in quacunq; parte iudicii opponitur. gl.*in l.2.§.1.ff.de except.* Postea vt reus suam exceptionem probare non tenetur, prius quam actor suam intentionem fundarit, ita contra actor suam replicationem probare non tenetur ante quam reus suam exceptionem probarit, & sic deinceps. Spec. *in §.nunc dicendum.in verb.replicationes.de excep.*
5 Tempus deniq; † ad replicandum, duplicandum in iudicis arbitrio consistit. Atq; hæc de replicationibus: sequitur modo recusatio.

6 Formula † replicationis in causa criminali: Accusator: Kürtzlich auff die weitläufftige/ vntüchtige vnnd vermeinte Exceptionschrifft Rei zu repliciren/ vnd die diserseits geführte Kundtschafft zu saluiren / vnd der Gebür nach zu handeln / dieselbige auch mit beständigem Gemüth

abzu-

abzulehnen / acceptirt erstlich accusator alles das/was in angemasten vermeinten exceptionibus vor jn zu verstehen/gegen das vbrige vnd widerwertige sagt er gemeine Eynredt tam iuris quam facti. Vnd jnsonderheit zu repliciren vnd anzuzeigen / daß accusator sein intent zum Rechten genugsam durch die geführten Zeugen sage beybracht vnd bewiesen habe / vnd daß dargegen Rei excipiren ohn Grund sey / deß zeucht sich anklager / so viel den 6. 7. vnd 8. Articul anlangt/auff dero Zeugen Außsage / darinn dann klar / daß / rc. welches nicht zu verdrehen / vnd gestehet Anklager mit nichten / daß der 6. Zeug vnicus & singularis. Item infamis, vnnd der Sachen verwandt seyn solt/ läst derhalben sich gar nichts jrren/als solten Zeugen nach seinem deß Rei verstandt nicht anzuhören seyn. Non enim parti, sed iudici fit probatio. Vnd wiewol Reus mit viel vnerheblichen geschmückten Worten den 7. vnd 8 Articul zu cavilliren vnd vmbzustossen gedenckt / vnd wider die Zeugensage vermeinter Weise excipirt / als solte zu der Zeit/rc. Solches ist nicht anzuhören/dieweil die Zeugen ein standhafftiges dargegen geredt haben / dann der 6. 7. vnd 9. Zeug sagen / daß/rc. also thut auch der 10. Zeug / licet aliis & mutatis verbis, tamen omnes ad vnum eundemq; finem currunt. Vnd ist vom Reo gantz frembd zu hören / daß er so nichtiger Weise vorgibt / daß / rc. Dargegen die Zeugen viel anders sa-

gen / vnd ist leichtlich zu glauben / daß wol Reus gern wolte / ihr der Zeugen Aussage / so viel jhme möglich / wider die helle Warheit verdunckeln / vnd den Richter davon abführen / wann es nur die Warheit / quæ tandem triumphat, vnd Dn. Iudex, qui in hoc iudicio immotus, neque ad dextram vel sinistram flectere sese sinit, wolt zulassen / ꝛc. Aber es ist zumal klar / ꝛc. (hic summatim factum delicti repetatur) darumb dieweil es in Warheit also / als repetirt accusator alle retroacta vtiliter, will nichts widerwertigs eyngeraumpt / besonder die Sache hiemit zu Recht gesetzt / geschlossen vnnd gebetten haben / wie am Endt der Anklage ist gebetten worden / auch fleissig darbenebē bittend / jr Herrn S. wöllet zu Beförderung der Sachen / so an sich selbst hell vnd klar / Reum auch also bald in cōtinenti endlich mit zu beschliessen / anzuhalten / vnd darauff fürderlich mittheilen / was billich vnnd recht seyn wirdt / ewer mildtrichterlich Scheffenampt hiermit anruffend. Saluis saluandis.

CAP. VI.

De recusationibus.

SVMMARIA.

1 *Recusatio iudicis naturam exceptionis sapit, & est exceptio declinatoria.*

2 *Recusatio quæ dicitur.*

3 *Causa recusationis est suspicio.*

4 Re-

4 *Recusatio quando fieri debet.*
5 *Recusatio in scriptis fieri debet, & quomodo eius libellus conficiendus.*
6 *Recusationis effectus qui.*

CVm autem recusatio † iudicis naturam 1
exceptionis sapiat, & sit exceptio declinatoria, ideo de eo parum dicẽdum. Hinc recusatio † est iurisdictionis & audiẽtiæ causa su- 2
spicionis proposita declinatio. Recusationis causa † vnica est, nempe suspicio, quæ ex va- 3
riis ac multis causis oritur. Debet autem recusatio † fieri ante litis contestationem. *l. fin. C.* 4
de except. intra 20. dies, qui ad deliberandum dantur, sed post litem contestatam deliberationi non est locus, ergo nec recusationi. Recusatio quoque † in scriptis fieri debet, & eius 5
libellus conficitur, in quo contineatur, quis, quomodo, & in qua causa, & quare recusat. Effectus denique recusationis † est is, quod 6
sicut pendente appellatione iudex principali supersedit, sic & recusatus iudex. Tantum de recusatione dixisse sufficiat: sequitur litis contestatio.

CAP. VII.

De litis contestatione.

SVMMARIA.

1 *Litis contestatio quæ est. & nu. 2.*

3 *Litis contestatio vnde dicta est.*
4 *Litis contestatio quando & coram quo fieri debet.*
5 *Actor in petitione sua quid comprehendere debet, & quid Reus.*
6 *Effectus litis contestationis qui, & quotuplices.*
7 *Formula litis contestationis negatiuæ pro reo.*
8 *Formula litis contestationis affirmatiuæ pro accusatore.*

1 Litis contestatio † est fundamentum & substantia iudicii, eo quod per eam demum lis vere incipere & subsistere dicatur, adeo vt ea omissa, processus quoque vitietur. Dd. *in l. prolatam. C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.*
2 Hinc litis contestatio est, cum † ab actore primum, deinde à reo negotii principalis narratio fit, vt iudex de causa cognoscere incipiat. *L.*
3 *l. C. de lit. contest.* Vnde dicta est † à contraria contestatione litigantium in ea causa, de qua
4 lis mota est. Deinde litis contestatio † fieri debet coram iudice sedente pro tribunali & animo litem contestandi, & quod verba contestationem litis sapiant, ac vt quemadmodum
5 actor in petitione † sua comprehendit ius & factum, iudicisq; officium implorat: ita quoque Reus ex facto concludere & iudicis officium implorare debet: Dicat enim Reus, *nego contenta in petitione esse vera*, istud tangit factum, & *dico petita fieri non debere*, istud tangit ius, quia iudex aliter non procederet ad senten-

tentiam definitiuam, officio suo non implorato. Deniq; effectus litis contestationis sunt multiplices. † Plura de litis contestatione pete 6
ex processu ciuili.

Formula † litis contestationis negatiuæ 7
pro Reo: Dn. Iudex: Auff eingefürte Klag den Krieg rechtens negatiue zu verfangen / (oder) in Gemüth vnd Meynung auff deß Anklägers vermeinte Klag den Krieg Rechtens mit nicht gestehē zu befestigē/sage ich dieselbe weder in iure oder facto wahr noch beweißlich/vnd viel weniger iñhalt derselbē mit recht zu sprechē / od' zu erkeñen seyn/mit rechtlichē bittē mich durch Richterlichen Spruch davon zu erledigen/vnd dann Klägern zu erstattung Kostens vñ interesse, zu condemniren vnd zu verdamen / vorbehältlich/ meine Defensional vnd Schirmarticul, auch alle andere Notturfft Rechtens künfftiglich eynzubringen vnd zugebrauchen.

Formula litis † contestationis affirmatiuæ 8
pro accusatore: Dn. Iudex; Ich neme deß Rei vermeintliche litis contestation in Recht an/ sage wider derselben anhängige generalia, vnd in Gemüth vnd Meynung den Krieg Rechtens auff eine in iure & facto wolgegründte Klag den Krieg Rechtens affirmatiue vnd mit Ja/ zu befestigen / repetir vnnd erhole ich dieselbe/ vnd sage innhalt derselbigen wahr vnd beweißlich seyn/mit rechtlichem bitten/mich zu Beweisung derselben (doch den Vberfluß außgeschieden)

den) zuzulassen / vnnd fürter mit Recht / wie zu End in meiner Klag gebetten worden / zu sprechen vnd zu erkennen / alles mit Abtrag Kostens vnnd Schadens / auch vorbehältlich fernneren rechtlichen Notturfft.

CAP. VIII.

De articulis.

SVMMARIA.

1 *Articulus qui est: & huius diuisio quæ. nu. 2.*

3 *Defensionales articuli qui sunt, & horum diuisio quæ.*

4 *Additionales qui dicuntur: hi vocantur quoque correctionales.*

5 *Peremptoriales qui sunt. hi etiam elisiui appellantur.*

6 *Articuli quomodo concipi debeant.*

7 *Negatiui articuli non sunt responsales, secus vero hodie.*

8 *Articuli ex quibus depromi solent, & quid continere debent. nu. 9.*

10 *Articuli continent ipsum factum & non ius.*

11 *Positionibus iuris non est respondendum.*

12 *Articuli debent esse certi, clari. nu. 14. & non alieni. nu. 15.*

13 *Alleganti contraria nullus est aditus.*

16 *Nemo positioni factum alienum continenti respondere tenetur.*

17 *Factum cur dicitur alienum.*

18 *Qui facto alieno onerari non debet.*

19 Ar-

19 *Articuli illatiui qui dicuntur.*
20 *Formula concipiendi articulos in causa furti.*

QVoniam supra de accusatione seu libello satis superque dictum sit, ideo hoc loco saltem propter differentiam seu diuisionem articulorum pauca in medium proferam. Et primum quidem articulus † dicitur pars intẽ- 1
tionis continens id, quod accusator probare cupit, gloss. *in c. præsentium. §. testes. de testib. in 6.* Articuli † aut sunt defensionales, qui loco de- 2
fensionis afferũtur † & sunt aut probatorii & 3
declaratorii, vel reprobatorii: Aut † additio- 4
nales, qui articulis libelli adduntur, dicunturque correctionales: aut peremptoriales & elisiui, qui † actionem perimunt seu elidunt. 5
§. *appellantur. Institut. de exception.* Deinde articuli † debent affirmatiue & non nega- 6
tiue concipi. Negatiui † enim articuli non 7
sunt responsales: hodie tamen negatiuis articulis respondendum est. Wormbs. *in pract. for. titul. de posit. num. 2.* Item articuli debent ex † substantia & visceribus causæ depromi, 8
alias sunt impertinentes & reiiciendi, vnde etiamsi sint probati seu confessati, nihil releuant. Paul. de Castr. *in l. neque naturales. Cod. de probat.* Nam illud continere debent † quod 9
producens probare vult, videlicet intentionẽ libelli. Postea articuli factum ipsum † cõtinere 10
debent & non ius. Iuris n. † positionib. nõ est 11
respon-

respondendum. Bartol. *in l. ornamentum. ff. de*
11 *aur. & argent. legat.* Item debent † esse certi,
12 non contrarii: allegans enim contraria † au-
13 diendus non est *l. 1. C. de furt.* Item † debent es-
14 se clari † & non obscuri, non multiplices, nec
captiosi, quibus respondens in vtramq; par-
tem capitur. Paul. de Castr. *in leg. 2. de respons.*
15 Item nec † alieni. Nemo enim † tenetur re-
16 spondere positioni factum alienũ continen-
ti. *l. Marcellus. §. 1. ff. de action. rer. amot.* Dicitur
17 quoq; alienum † ideo quod factum extranei
& non respondentis respicit: nam alieno fa-
18 cto † quis onerari non debet. *leg. in causa. ff. de*
19 *procur.* Sunt & alii articuli † qui dicuntur illa-
tiui, qui ratione colligũtur & ex præmissis in-
feruntur, tum obserua, si præmissi sint nega-
ti seu inuenti falsi, ipsi etiam illatiui pro nega-
tis & falsis habentur.

20 Formula † concipiendi articulos in causa
furti: Vor Euch den A. B. vnd W. Herrn/S.
vnd S. allhie zu N. als zun peinlichen Sachen
verordenten Richtern vnd Vrtheilern/ erschei-
net Anklager/ vbergibt ex officio nachfolgende
peinliche Anklage gegen vnd wider N. N. Be-
klagten/ bittet jnen den Streit Rechtens zu be-
festigen/vnd auff die Klagarticul/da sie an statt
der Satzstück widerholt/ ein richtige/ klare vn-
verdunckelte Antwort durchs Wort/ Glaub
wahr/ oder/ glaub nicht wahr seyn/zu geben an-
zuhalten. Was alsdann verneynt/ vnd nit ge-
stan-

standen will werden/ erbeut sich Anklager / doch den Vberfluß hindan gesetzt/ zu beweisen/ dessen er sich zum ziemlichsten bedingen thut/ vnd vermittelst solcher Protestation setzt vnd sagt Accusator anfänglich wahr vnd beweißlich seyn.

1. Wiewol in den 10. Gebotten Gottes/ beyde geistliche vnd weltlichen beschriebenen Rechten/ auch deß H. Reichs vnd F. peinlicher Halßgerichts Ordnung heylsam vnnd wol versehen/ vnd bey ernster Leibstraff verbotten / daß keiner dem andern sein Gewarsam auffbrechen / das Seine stelen / heimlich abtragen/ oder dieblicher weise entfrembden soll.

2. Item wahr / daß vnangesehen dessen alles N. N. sich je vnd allwege deß stehlens beflissen/ vnd derohalben vor wenig jahren allerley geübter Dieberey halber zu N. in Hafft gezogen/ aber doch der Meynung ob er sich bessern wolt / widerumb loß kommen / vnd deß Orts verwiesen worden.

3. Item wahr / daß aber B. solche Gefängnuß jhme kein Warnung seyn lassen/ viel weniger vom stehlen abgestanden/ sondern sich dessen auch hernacher / wie zuvor / beflissen hat.

4. Wahr/ daß auffs new den 4. Julij An. N. in N. von N. Viehauß zu N. deß Morgends vor tage gebrochen vnd N. von N. Diener in 2. vnterschiedlichen Seckeln 3. Thaler ohngefährlich gestolen hat.

5. Wahr / daß B. auch dazumal ernenntem

F N. N.

N. N. ein silbern Ring dieblicher weise genommen vnd N. N. zu N. für 10. Alb. verkaufft hat.
6. Wahr/daß auch B. gemeltem N. N weiter ein Handbeyl entfrembdet/welches er gleichfals N. N. vor 6. Alb. versetzt hat.
7. Wahr/daß B. demselbigen N. N. weiter ein wüllen Hembdt heimlich entragen/welches er zu G. N. N. vor 10. Alb. verkaufft hat.
8. Wahr/daß B. auch N. N. ein par wüllen Strümpff heimlich vnd dieblich abgetragē hat.
9. Wahr/daß auch B. ein par Buchßhosen gestolen hat.
10. Wahr/daß B. in N. N Hauß ein Wehr vnd ein par wüllen Strümpff enttragen hat.
11. Wahr/daß auch B. ein par roter wüllen Lündischer Strümpff dieblich genommen/vnd vor 11. Alb. verkaufft hat.
12. Wahr/daß B. N N. frawen 4. Sträng Garns gestolen/derer zween N. N. Haußfraw vor 20. Pfenning verkaufft/die andern zween N. N. noch bey sich hat.
13. Wahr/dz B. auch ein Dietrich/damit man die schloß vffzuthun pfleget/bey sich getragē hat.
14. Wahr/daß B. diese Articul alle sampt vnd besonder/als er dessen zu redt gestellet/vngezwungen gantz freywillig gestanden hat.
15. Wahr/daß B. auch von wesen vnd wandel ein solch leichtfertige vnnd verwegene Person/auch nicht allein dieser articulierter vnd bekandter Dieberey schuldig ist/sondern auch andere böse Thaten von jme zu vermuhten sind.

16. Wahr/ daß B. auch zu N. deß Nachts ein Lade auffgebrochen/darauß ein newen Rock/ 4. Thaler/ein par aschenfarb Strümpff vor 10. Alb. vnd ein Hembdt vor 1. Thaler gestolen/berüchtiget wird.

17. Wahr/ daß B. ein Rock vnd ein wüllen Hembd gestolen/welches N. N. jm zu N. wider abgejaget/ein gemein fama ist.

18. Wahr/ daß B. auch zu N. etlich wüllen Tuch gestolen vnnd das zu N. wider verkaufft/ bezüchtiget wirdt.

19. Wahr/dz B. auch N. N. ein newen Mantel vnd ein hohes par Schue gestolen/ im Verdacht hat.

20. Wahr/ daß derowegen B. nicht allein articulierter vnd bekandter Dieberey vnnd stelens halber hefftig zu straffen/ sondern auch da er wider Zuversicht vorgehende vnnd zuvor bekandte Dieberey widerumb verneinen würde/ vmb Erkündigung willen der Warheit/ auch zu Erforschung erzehlter vnnd anderer mehr berüchtigten vñ verdächtigen bösen Thaten vnd anhangender Gesellschafft mit strenger scharpffer Frage anzugreiffen ist.

21. Letzlichen wahr/ daß oberzehlte Articul/ zum theil im Rechten ergündet/ zum theil bekand vnd beweißlich/darvon auch zu N. N. vnd N. ein gemein Geschrey/Leumuth vñ Sage ist.

Dem allem nach bitt Anklager Euch Herrn Richter vnnd Scheffen/ ihr wöllet recht

erkennen vnd sprechen / daß B. dessen auff sich geladen Verdachts vnd Bezůchtigung halben zu Erkůndigung der Warheit vñ anderer mehr bösen Thaten/erstlich mit strenger harter Frage anzugreiffen vnd fürters zu vrtheilen daß er B. durch begangẽ vielfaltige Dieberey vnd stehlen wider die 10. Gebott Gottes / gemeine beschriebene geistliche vnd weltliche Rechte / auch Kayserliche vnd F. Ordnung/ gröblich gesündiget/ vnnd deren darinn verleibten Straff sich theilhafftig gemacht habe. Derowegen andern vnd sonderlich der blůhenden Jugend zum abschewlichen Exempel / vnnd jhme zu wolverdienter Straffe / an Leib vnd Leben/als ein vorsetzlicher vnd geflissener Dieb zu verdammen vnd hin zu richten sey Mit vorbehalt/ was recht sey.

TITVLVS III.

CAP. I.

De Responsionibus.

SVMMARIA.

1 *Post articulos oblatos responsiones necessario dandæ sunt.*

2 *Responsionis definitio quæ.*

3 *Responsio quomodo fieri debet.*

4 *Reus articulis respondere cogitur, alias pro confesso habetur.*

5 *Forma responsionum Rei contra Accusatorem.*

Obla-

OBlatis articulis † necessarium est respon- 1
siones dari. Hinc responsio † est ad arti- 2
culos per verbum *credit*, vel *non credit*, facta
confessio. Andr. Gail. *lib.1. obseru.82.* Respon-
sio enim congrue † fieri debet, alias non va- 3
let. *l.1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obligat. §. præ-*
terea. Institut: de inutil. stipulat. l. vt responsum. C.
de transact. Vnde Reus libello † respondere 4
cogitur, nisi exceptionem habeat, & si recu-
sat, pro confesso habetur. *c.1. de confess. in 6.* La-
tius vide processum ciuilem. Atq; hæc de re-
sponsionibus: sequuntur interrogatoria.

Forma responsionum Rei † contra Accu- 5
satorem in causa furti: Impertinentium & non
admittendorum saluo iure respondiret Reus
auff den 1. Articul/ glaubt den wahr vnnd ver-
sehens Rechtens seyn/ gestehet aber nicht/ was
sein Person anlangt/ daß er jemals mit Ge-
walt oder Auffbrechen ein gefährlichen Dieb-
stal solte begangen haben/ sondern was er/ als
ein gut armer Gesell/ gethan/ sey nit viel werth/
vnd habe darzu gute Occasion gehabt. Ad 2. ar-
tic. respondirt Reus, er sey wol N. N. Monat
zu N. gefänglich gehalten worden/ jme sey aber
vnrecht geschehen/ derowegen wider ledig wor-
den/ reliqua non credit. Ad 3.7.11.15.18.19. &
22. artic. glaubt B. die gantz vnd gar nicht wahr
seyn. Ad 4.6.8.12.13. & 14. artic. glaubt B. die
wahr seyn/ hab es leyder auß Vnverstand vnd
Thorheit gethan/ vnd Occasion darzu gehabt/

keinen Gewalt darzu gebraucht / sey jhnen auch alles wider worden / vnd dieweil es geringschätzig Ding ist / vnd auß keinem Vorsatz / noch einiger Gewalt geschehen / als bit Reus, demnach er sein Leben bessern will / vmb Genad vnd Verzeihung. Ad 5. artic. gestehet B. gar keines eynbrechens / vnd sey deß Geldts nicht mehr dann N. N. fl. gewesen. Ad 10. artic. sagt B. N. N. sey jhm 1. fl. schuldig gewest / hab es nicht bekommen können / derhalben jme das Garn Pfandweiß abgenommen / vnd muß gedachter N. N. dem Reo; wann er jhn vollkömblich bezahlen will / noch weiter herauß geben. Ad 16. artic. weiß B. von keim Dietrich / hab auch nie keinen gesehen noch zu gebrauchen gehabt. Ad 17. 20. & 21. artic. glaubt B. weiter nichts wahr seyn / dann wie jetzt respondendo gehört / sey damals vbereylet worden. Vltimus artic. ist generalis, quem credit de creditis, & negat de negatis, oder glaubt B. wie zu jedem geglaubt vnnd respondirt ist worden. Vnd wo nicht genugsamb geantwort / will B. vollkömlicher per verbum, glaubt nicht wahr seyn / geantwort / vnd wie jetzo in litis contestatione gehört / zu erkennen gebeten haben. Saluis de iure saluandis.

CAP. II.

De Interrogatoriis.

SUMMARIA.

1 *Interrogatoria vnde formantur & eduntur: & quomodo. nu. 6.*

2 *Interrogatoriaq quæ sunt.*

3 *Interrogatoriorum diuisio.*

4 *Generalia interrogatoria quæ: & quæ specialia dicuntur. nu. 5.*

7 *Testes extra articulum interrogati, nihil probant.*

8 *Probatio circa personas testiũ quando est nulla.*

9 *Circumstantia factiq, qualitas se inuicem consonare debẽt, & testes singulares nil probant.*

10 *Forma generalium interrogatoriorum ad articulos.*

EXhibitis & transmissis parti aduersæ articulis: interrogatoria super † articulorum 1
circumstantiis & qualitatibus, nec nõ testium
personis inde formantur & eduntur, ad quæ
testibus ęque atq; ad articulos ipsos postea respondendum est. Interrogatoria † enim sunt, 2
quę pars aduersa facit testibus productis contra se: & super articulis dantur, & formãtur secundum circumstantias causæ & personarum
productarum. gl. *in c. præsentium. §. testes. in ver. interrogatoria. de test. in 6.* Hæc sunt † aut gene- 3
ralia, aut specialia. Generalia † dicuntur, qui- 4
bus testium fides & integritas exploratur, &
ea maxime personas respiciunt. *l. testium. ff. de testib.* dicunturq; gemeine Fragstück. Specialia
vero, quib. † notitia & certitudo dictorũ testi- 5
um inuestigatur, hinc ad dicta testiũ diriguntur, & vocantur besondere Fragstück auff die
Haubtsach. Deinde interrogatoria † formãda 6

sunt super ipsis articulis, causæ meritis & substantialibus, non de alienis & à causa diuersis. Gail. *lib. 1. obseru. 95. nu. 4.* alias probatio nul-
7 lius momenti, quia testes † extra articulum interrogati, nullam fidem faciunt. gl. *in c. de testib. in verb. non iurati. extra de testib.* sed principaliter circa personas & dicta testium. Circa
8 personas testium † quando de negotii circumstantiis interrogatur, vt puta de loco, tempore, persona & similibus. Nam circumstan-
9 tia † & qualitas facti se inuicem consonare debent: testes vero singulares nihil probant. Iason *in cons. 81. nu. 5. lib. 3.*

10 Forma † generalium interrogatoriorum ad articulos: Erstlich weß Namens / Alters / Handtwercks / Reichthumbs / Standts oder Wesens Zeuge sey? 2. Woher Zeuge bürtig / vnd wo er seßhafftig / vnd wie er zu dieser Kundschafft kommen? 3. Ob Zeug dem B. auch feindt / ab- vnd mißgünstig sey / vnd Vrsach zu seinem Gefängnuß geben habe / oder sich jemals hab hören lassen / er könne dem B. zu wider Kundtschafft geben. 4. Ob Zeug sich mit seinem Mitzeugen oder sonsten mit jemands / was er sagen solte / etc. vndered vnd verglichen habe? 5. Ob Zeuge auch zuvor inquirendo abgehört vnd eigentlich wissen köndt / daß B. N. N. ein böser vorsetzlicher Dieb sey / vnd woher. 6. Ob B. nicht viel mehr ein armer thörichter Mensch sey / vnd mehr auß Armuth vnnd Vnverstandt dann

dann auß Vorsatz zugegriffen hab? 7. Ob Zeug auch Lust darzu trage/ daß B. vom Leben zum Todt möchte verurtheilet werden. 8 Ob Zeug ein Ehebrecher/Hurer/Gottslästerer/Schwermer vnnd Vollsauffer sey/ oder sonsten sich jemals mit dergleichen bösen Lastern vnnd Stücken befleckt vnd besudelt habe/oder dz sein Mitgezeugē damit berichtiget worden seyē/ vnd wer die seyen/Anzeigung thue? 9. Ob Zeuge seiner Kundschafft zu geniessen od' zu entgelten wisse/ vnd ob jm auch Geschenck oder anders darumb sey verheisen worden? 10. Wem Zeuge den Gewinns in dieser Sach am liebsten gönne?

Specialia interrogatoria ad artic. Apud 9. artic. Woher Zeug den 9. Articul wahr zu sagen wisse/ wo vnd wann es geschehen sey/ was für Farb das Kleidt gehabt/ vnd wie hoch er es schätze? Apud 12. artic. Ob Zeug vor wahr sagen kan vnd woher/ daß B. eben einen Dietrich bey sich getragen/ vnnd wann es geschehen sey? 2. Ob er auch wisse vnd verstehe/ was eyn Dietrich seye? 3 Wie solcher formiret gewesen? Apud 16. artic. Woher Zeug vnd mit was Bestandt diesen Articul wahr zu sagen wisse? 2 Ob B dem Zeugen oder sonsten seinem Freundt etwas gestolen habe/ was es sey vnnd womit er es beweisen könne? 3. Ob nicht Zeug dem B. durch Bekandnuß dieses Articuls innhalts deß 4. vnd 6. gemeiner Fragstück/ feindt vnd mißgünstig sey/ vnd dardurch den B. hinzurichten

begere? 4. Was ein Vermuhtung seye/vnd ob sein Aussage ein Vermuhtung machen köndt. Apud 15. vsq; ad 21. art. Woher Zeug diese Artickel wahr zu sagen wisse? 2. Wann vnd zu welcher zeit es solte geschehen seyn? 3. Durch wen das Geschrey zum ersten erschollen sey? ob demselbigen auch zu glauben gewesen? 4. Wie viel Leuth ein glaubwürdig vnnd standthafftig Geschrey machen? Reliqua ad examen vtilia industria commissarii committuntur.

CAP. III.

De testium productione, designatione, examinatione, depositione & eorum iuramento.

SVMMARIA.

1 *Testis definitio quæ.*

2 *Diuisio testium quæ.*

3 *Testes quinam adhiberi possunt, & quando: & ex quibus causis hi repelluntur seu testes esse prohibentur. nu. 4.*

5 *Testes quando sunt recipiendi & producendi: & quando fallit. nu. 6.*

7 *Pars aduersa in testium examinatione ad iuramentum citanda est.*

8 *Testes omnes iurare, vel iurati deponere debent.*

9 *Testi iniurato non creditur.*

10 *Testium iuramentum quodnam.*

11 *Testes præstitis iuramentis secreto examinari debent, & cur.*

12 Te-

12 *Testis falsum deponens à iudice punitur vel deponere recusatus per iudicem compelli potest. nu.13. hæc doctrina non valet. nu.14.*

14 *Persona omnes ad testificandum compelluntur.*

15 *Forma iudicis ordinarij citādi partē aduersam.*

16 *Forma citandi testes.*

17 *Forma literarum mutui compassus.*

18 *Forma iuramenti testium.*

Testis est † qui ad rei alicuius fidē faciendā 1
legitime euocatus testimoniū perhibet,
l. quoniā. C. de test. Deinde testes alii † sūt idonei, 2
locupletes, classici, & omni exceptione maiores, alii minus idonei. *l. testiū fides. ff. de test.* Adhiberi † & testes etiam omnes possunt non tm̄ 3
in causis criminalib, sed & in aliis, vti res efflagitat, qui nō ꝓhibentur testimonio, vel nulla lege excusantur. *in l. 1. ff. de test.* Prohibētur aūt testes † seu repelluntur ex certis causis secun- 4
dum versic. quos not. gl. *in l. testium. ff. de testib.*

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,
Et fortuna, fides, in testibus ipsa requirit.

Testes insuper regulariter † sunt recipien- 5
di & producendi post litis contestationem, & si ante recipiantur, non valet, quod agitur. *c. quoniam. extra vt lite non contest.* fallit tamen in quibusdam casibus, in † quib. testes quoq; an- 6
te litis contestationē recipiuntur, vt ad perpetuam seu æternam rei memoriam, peregrinationis, senii, valetudinarii, &c. Gail. *lib. 1. obseru. 92.* Porro in examinandis testibus † pars 7
aduer-

aduersa ad iuramentum citari debet. *c. 2. de test.* De modo vero & solemnitate iurandi inspicienda est cuiuslibet loci consuetudo. Hinc
8 testes † omnes iurare vel iurati deponere de-
9 bent. *l. iusiurandum. C. de testib.* alias testi † iniurato non creditur. *c. quoties, c. licet, & c. nuper.*
10 *de testib.* Vnde testium iuramentum † est testimonii veri seu veritatis, quo testes prius quam ad testificandum admittantur, de veritate ad articulos & interrogatoria dicenda præstant. *l. iurisiurandi. Cod. de testib.* Postea iuramentis
11 præstitis testes secreto † examinari debent, ita vt neutra pars examinationi intersit. Hinc
12 testis † falsum deponens, à iudice puniri debet
13 seu deponere † nolens per iudicem ordinarium compelli potest: fallit tamen hæc doctri-
14 na, quia † non omnes personæ ad testificandum compelluntur *in l. lege Iulia. ff. de testib.*

15 Forma † iudicis ordinarii citandi partem aduersam: N. N. Entbiete euch N. N. meinen Dienst vnd hiemit zu wissen / daß A. zu folge dem Vrtheil / so in peinlichen Rechtsachen zwischen jhm / als Anklagern an einem / vnd euch als B. anderstheils / wegē verübter Mißhandlung ergangen / vnd dē N. tag deß Monats N. publicirt / den Grund seiner Klage wie jme Klägern in ermeltem Bescheidt aufferlegt / zu verführen gesonnen. Dieweil er aber solches vermittelst zeugen zu thun willēs / als hat er mir seine Beweißarticul vnd Namen der Zeugen zugestellt vnd

gebe-

gebeten / dieselbigen / deßgleichen auch euch / als
das Gegentheil / mit Zusendung Copeyen der
Beweißarticul / ob euch geliebte / gebürliche
Fragstück darwider eynzubringē / hierzu gebür-
lich vorzuladen / vnnd die Zeugen / wann sie zu-
vor fürgestellet / angenommen vnnd vereydet /
auff die vbergebene sein deß A. beweißarticul zu
examinirn vnd verhören. Dieweil ich denn den
N. nach N. welcher ist der N. tag Monats N.
schierstkünfftig ernannt vnd angesetzt habe / Als
heische vnd lade ich euch hiemit endlich vnd per-
emptorie / daß jhr eigener Person oder durch
ewern hierzu genugsam gevollmächtigten An-
walt / auff obbemelten N. tag nach N. für mir
allhie zu N. in curia vmb 7 Vhren früher Tag-
zeit erscheinet / zu sehen vnd hören welcher Ge-
stalt A. Zeugen wider euch B. fürgestellet / vnd
vereydet werden / auch damals ewer Fragstück /
so es euch geliebet / wider bemeltes A. Beweiß-
articul / welcher Copey ich euch hiebey / sampt
der Zeugen Namen verwaret / zuschicke / eynzu-
bringen / vnd sonst alles ander zu thun / was e-
wer Notturfft seyn wirdt / mit Verwarnung / ir
erscheinet also oder nicht / daß gleichwol mit dem
examine ergehen vnd geschehen soll / wie sich es
zu Recht eigent vnd gebürt / darnach habt euch
zu richten. Zu vrkund / rc.

Forma † citandi testes: Ich N. N. deß ho- 10
hen peinlichen Halßgerichts zu N. ordinarius
iudex, embiete euch N. N. vnnd N. meinen

Gruß

Gruß / vnnd füge euch darbeneben zu wissen / daß A. allhie zu N. gegen vnnd wider N. N. zu N. etliche peinliche Klagarticul vbergeben / vnnd gerichtlich euch als Zeugen darauff angeben / auch gebetten hat euch zu citiren / vnd auff dieselbige Articul vermittelst Eydts auffs fleissigste abzuhören. Wann jhme nuhn ein solches mit Recht ist zugelassen / so citire / heische vnd lade ich euch / sampt vnd sonder / hiemit ernstlich / von Gericht vnd Rechts wegen / dz ir den N. tag dieses Monats A. bey straff der Rechten gewißlichen allhie zu N in curia, vor mir vnnd den zugeordneten Commissarien erscheinet / vnnd zu rechter Tagzeit ankommet / geschickt ewer wahre Wissenschafft / vermittelst Eydts / von euch zu geben / vnd sonsten euch zu verhalten / damit ohne noth ferner mit Peen der Rechten gegen euch zu procediren vnnd zu verfahren sey / darnach jhr euch zu richten habt. Datum vnter meinem Insigel vnd Subscription / ꝛc.

17 Forma† literarum mutui compassus: Meinen Gruß vnd alles Guts zuvor / H. N. N. besonders guter Gönner vnd Freundt / günstiger Wolmeinung kan ich euch nicht bergen / daß N. N. von N. allhie zu N. in Hafften kommen ist vnd daß M. G. F. ein peinlich Gericht gegen jhn hat anstellen lassen. Daselbst dann in der Sachen so weit procedirt vnnd vollfahren / daß sich gedachter N. N. auff einen Gegenbeweiß

gezo-

gezogen / etliche articulos reprobatorios cum nominib. testium vbergeben / vnd commissiones, citationes vñ literas mutui compassus gebetten vnd auch erhalten hat. Wann dann nun die angegebene Zeugen diesem Gerichtszwang nit vnterworffen / sondern ewerer Jurisdiction zugehörig seyn sollen / vnd dann in solcher vnd dergleichen sachẽ ein Ober dem andern / vnd ein Gericht dem andern / die hülffliche Hand zu bieten schuldig ist: So vberschicke ich euch hiemit die bemelte reprobatorios articulos cũ nominibus testium, beneben den N. interrogatoriis, im namen hochermeltes M. G. F. an euch gesinnendt / wöllet zu erster euwer Occasion dieselbige Zeugen gebürender weiß erfordern / wie gewöhnlich vnd breuchlich / auff vnd annemen / mit Zeugenenyden beladen / vnnd auff die probatorios vnd interrogatoria mit allem Fleiß / dem Rechten vnnd der Warheit zu stewer / abhören / vnnd die Kundtschafft verschlossen vnter ewerm Insigel anhero vberschicken: alles auff deß Beklagten Belohnung / daran thut jhr die Gerechtigkeit befördern / welches M. G. F. gnädiglich erkennen wirdt / vnd ich in gleichem oder mehrerm zu beschulden vnd zu verdienen geneigt vnnd willig bin. Datum N.

Forma † iuramenti testium: Ich N. N. schwere / daß ich auff die Articul / Fragstücke vnnd gantze Sache zwischen N. 18

als

als A. an einem / vnnd N. als B. am andern theil / so viel ich darumb befragt werde / vnd mir bewust ist / die rechte Warheit sagen / vnnd das nicht verschweigen will / weder vmb Gabe / Geschenck / Gunst / Freundtschafft / Feindtschafft / oder andere dergleichen willen / so wahr als mir GOtt helffe / durch Jesum Christum / sein einigen geliebten Sohn / vnsern HErrn vnd Heyland (oder / vnd sein heyliges Euangelium) Amen.

TITVLVS IV.

CAP. I.

De publicatione attestationum testium.

SVMMARIA.

1 *Publicatio testium quæ.*

2 *Pars aduersa quando protestari & exceptiones suas opponendas reseruare solet.*

PRoductis deniq; testibus iuratis & examine absoluto; copia attestationum partibus est facienda, vt probationes & defensiones suas hinc inde deducere possint. Publicatio
1 vero testium † iudice competente seu ipsius rei ordinario ad instantiam producentis, & altera parte, contra quam producti sunt, citata fieri debet. *c. 2. extra de testib.* Solet quoq; tan-
2 dem † pars aduersa plerunque ante publicationem, vel in ipso publicationis actu protestari

ſtari & exceptiones ſuas poſt publicationem demum tam contra perſonas, quam eorum dicta opponendas reſeruare. Plura copioſius vide in proceſſu ciuili. Atque hæc de teſtium publicatione breuiter dicta ſufficiant: ſequuntur modo exceptiones contra perſonas & dicta teſtium.

CAP. II.

De exceptionibus contra perſonas, & dicta teſtium.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones contra perſonas teſtium ex quibus cauſis depromi ſolent.*

2 *Innocentia quibus teſtibus probari debet: & quæ perſonæ excipiuntur. nu. 3. ſecus in nobili. num. 4.*

5 *Contra dicta teſtium quomodo opponitur, & quando.*

6 *Teſtium dicta in rei circumſtantiis bene conſonare debent, ſuntq; ſine cauſa ſcientiæ. nu. 7.*

8 *Contra examinis & teſtium depoſitionis formam quomodo excipitur.*

PEracta teſtium publicatione demum, tam contra perſonas, quam dicta teſtium exceptiones opponuntur; quibus fides eorum imminui intenditur. Exceptiones cõtra perſonas teſtium † variis ex cauſis depromuntur, 1

 vt quod

vt quod teſtis ſit domeſticus ; & producenti coniunctus, vt ſunt pater, mater, filius, maritus, vxor, libertus, ſeruus, colonus, affinis. §. *affinitatis. Inſtitut. de nupt.* Conſanguinei omnes, qui de familia producentis ſunt, & quibus ratione poteſtatis imperare poteſt, ſecus ſi perſona illa domeſtica è domo vel poteſtate ſit dimiſſa, vel ſi teſtes vtrique parti æque ſint
2 domeſtici & coniuncti. Innocentia † enim probari debet teſtibus domeſticis & ſanguine coniunctis. *l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſtion.*
3 Item excipiuntur inimicus † capitalis, vilis, pauper, reus criminis, infidelis, infamis, periurus, inops mentis, indiſcretus, rerum ignarus, obſcurus, ſocius, ſimilem cauſam habens, ſingularis ſeu non habens conteſtem.
4 *cap. licet. de probat.* ſecus in † nobili, in iuriſdictione vel ſeruitute probanda, in materia decimarum, & tandem teſtes ſingulares regulariter plenam fidem faciunt, quando aliquid in genere probandum eſt. *c. licet. de probat.* De-
5 inde contra dicta teſtium † opponitur, quod ſint contraria, varia, obſcura, incerta, ambigua, dubia, præmeditata & compoſita, falſa, non veriſimilia, non cum facto vel rei natu-
6 ra congruentia. Dicta enim teſtium † in circumſtantiis rei bene conſonare debent. Spec. *in tit. de teſtib. in §. iam de interrogatoriis. num. 18.*
7 Denique quod dicta teſtium ſint † ſine cauſa ſcientiæ, vel ſine idonea & inſufficienti cauſa.

Ma-

Marant. *part. 6. de testibus. product. num. 9. & sequentibus.* Contra formam examinis † & depositionis testium excipitur, quod testis non iurauerit, non rogatus ad testimonium accesserit, quod non secreto, non diligenter, nec ad omnia interrogata; non citata parte aduersa, vel post publicationem interrogatus aut examinatus sit. Bartol. *in tract. de testib. §. ad reprobandum.* Tandem de hisce fusius vide processum ciuilem. Atq; hæc de exceptionibus contra testes; & eorum dicta: sequuntur nunc probationes. 8

CAP. III.

De Probationibus.

SVMMARIA.

1 *Definitio probationis quæ.*
2 *Manifesta probationibus non egent.*
3 *Argumenta quæ sunt.*
4 *Diuisio probationum quæ.*
5 *Plenæ probationes quæ dicuntur: & quæ semiplenæ. nu. 6.*
7 *In criminalibus quæ probationes requiruntur.*
8 *Effectus probationum qui.*
9 *Probatio causæ si legitime fit, sequitur aduersarij condemnatio, non vero legitime facta, absolutio.*
10 *Articuli probatoriales quomodo exhibendi & quando.*

11 *Probatio, vt recte procedat, quomodo comparata esse debet.*

12 *Probatio in criminalibus luce meridiana clarior esse debet, & grauiora argumenta & indicia in iis requiruntur. nu.13.*

14 *In criminibus publicis, suffragiis emendicatis vti oportet.*

15 *Testes in criminalibus quam studiosissime examinandi & interrogandi sunt.*

16 *Exceptiones contra probationes quando nihil releuant, & quid si dissidentes. nu. 17.*

1 PRobatio † est rei dubiæ per legitima argumenta facta ostensio. gloss. *in rubric. Cod. de*
2 *probat.* nam manifesta † probationibus non egent. *l. 1. §. fin.* & ibi gl. *ff. de dot. prælegat.* Argu-
3 menta vero sunt rationes † quibus iudici de re dubia fidem facimus. Bald. *in l. conuenticula.*
4 C. *de episc. & cler.* Probationes † autem sunt ple-
5 næ & semiplenæ. Plenæ † dicuntur, quæ plenam fidem iudici de re aliqua faciunt, vt per duos testes, instrumenta, confessionem & ius-
6 iurandum. Semiplenæ † sunt, quæ imperfecte concludunt, nec iudici tantam fidem faciunt, cui soli stare debeat, vt sit per vnum testem omni exceptione maiorem. Mascard. *de probat. vol. 1. conclus. 4.* Verum in causis crimi-
7 nalibus † idoneæ & plenæ probationes requiruntur, vt euidentia ipsius facti vel perpetrati facinoris, propria, spontanea & libera eius con-

confeſſio: duo teſtes omni exceptione maiores: inſpectio corporis, fama & præſumptio, de quibus infra latius *in tit. ſeq.* Effectus porro probationum eſt, quod † vis & victoria cauſę 8
in deductione & perfectione earundem conſiſtat. Si enim legitime † probatio cauſæ fiat, 9
ſequitur aduerſarii condemnatio; non autem legitime facta, abſolutio. *l. 2. ff. de probat. l. actor. C. eod. tit.* Porro articuli probatoriales ſunt exhibendi † & probatio producenda, ac in ter- 10
mino probatorio facienda, aduerſario citato, quo elapſo probatio eſt inita, ſi terminus peremptorie præfixus ſit. Felin. *in c. licet. de probat.* poſt litem conteſtatam. *tot. tit. vt lite non conteſtata.* niſi de defenſione ſeu innocentia rei in criminibus agatur, quæ etiam poſt ſententiam & rem iudicatam, nec dum poſt concluſionem admittenda. Hipp. de Marſil. *in pract. crimin. §. concurrunt. nu. 3. & §. ſequens. num. 8.* Vt autem probatio recte † procedat, ita compa- 11
rata ſit, vt ad libellum congruat, cauſamque concludat, & id quod intendit, neceſſario inferat. *l. ad probationem. C. de probat.* & in criminalibus probatio † luce meridiana clarior eſſe 12
debet. *l. abſentem. ff. de pœn.* & ibidem grauiora argumenta † & indicia: quam in ciuilibus re- 13
quiruntur. Nec enim in publicis † crimini- 14
bus ſuffragiis emendicatis vti oportet. *in l. ſinguli. C. de accuſat.* Et ſic quoq; teſtes in criminalibus † maiori cum diligentia & obſeruan- 15

 tia

tia examinandi & interrogandi ſunt. *l. apud eloquentiſsimum. C. de fide instrum.* quia enim hic cauſa eſt magni præiudicii, cautius quoque erit agendum. *c. vbi periculum. de elect.* nec non omni exceptione maiores eſſe debent. *l. 3. ff.*
16 *de teſtib.* Denique exceptiones † contra probationes, ſi ſint impertinentes & obſcuræ, tum nihil releuant. Sichard. *in l. 1. in fin. Cod. de*
17 *probat.* Si diſſidentes, vbi † iudex tamen conciliationem inſtituere debet, vt potius valeat, quam pereat probatio, modo ad rem pertineant & concludant. gloſſ. *in c. in noſtra. extra de teſti.* ſecus ſi ita ſint contrariæ & pugnantes, vt nullo modo conciliari poſſint. *l. vbi pugnantia.* & ibi Dd. *ff. de reg. iur.* & tum ſi in teſtibus, maiori & digniori parti adhærendum. gl. *in c. licet cauſam. de probat.* Tandem de hiſce, vt & ſupra de articulis probatoriis & reprobatoriis, fuſius vide proceſſum ciuilem. Atque hæc de probationibus: ſequuntur nunc confeſſiones.

CAP. IV.

De Confeſſionibus.

SVMMARIA.

1 *Confeſsionis definitio quæ: & quæ eius diuiſio. num. 2.*

3 *Confeſsio iudicialis quæ eſt: & quæ extraiudicialis. nu. 4.*

5 *Confeſsio in criminalib. extra iudicium facta, an in-*

an indicium ad torturam contra confitentem faciat.

6 *Nulla probatio efficacior confeßione propria.*

7 *Cuilibet sua confeßio non semper nocere debet, nec confitens statim condemnandus.*

8 *Confeßio vt valeat, quæ necessario requirũtur.*

9 *Confeßioni affines quinam sunt.*

10 *Contraria & exceptiones vnde sumuntur, & quid si confeßio à pupillo fiat. nu. 11.*

12 *Si quis incertum confitetur, an vrgeri debet, vt exprimat.*

13 *Si quis non sponte ac libere confiteri vult, tunc illud coacte & tormentis fieri debet.*

CONfessio in iure nostro est † quando ma- 1
ior in iudicio, præsente aduersa parte, sponte & sciens contra se super re litigiosa, vbi nec natura, nec ius, nec fauor repugnat, aliquid affirmat. *l. 1. & 2 ff. de confess.* Et hæc est vel iudicialis † vel extraiudicialis. Iu- 2
dicialis confessio † dicitur, quæ fit coram iu- 3
dice competenti & præsente aduersario: coram incompetenti enim iudice non nocet. *cap. at si clerici. de iudic.* Extraiudicialis vero tantum † semiplene probat, nisi esset gemi- 4
nata. Mascardus *de probationib. conclusion. 346.* In criminalibus vero † confessio extra iudi- 5
cium facta, indicium facit ad torturam contra confitentem. gloss. *in l. capite quinto. in princ. ff. ad leg. Iul. de adult.* Verum licet nulla † sit effi- 6

cacior probatio, quam propria confeſſio. *l.*
7 *cum te. C. de tranſaction.* non tamen † cuilibet confeſſio ſua ſemper nocet, neq; ſtatim condemnandus eſt, qui confitetur, ſed adhoc vt
8 valeat, quæ † neceſſario requiruntur, quæ vulgatibus hiſce verſiculis comprehenduntur:

Maior, ſponte, ſciens contra ſe, vbi ius ſit, & hoſtis,
Nec natura neget, fauor, lis, iuſq; repugnat.

9 Confeſſioni affines † ſunt certi quidam modi, per quos in iure tacite quis confiteri videtur, vt eſt taciturnitas, non contradictio, contumacia, fuga, &c. Contraria & exceptio-
10 nes † ſumuntur ex cauſis, vt ſi † confeſſio fiat
11 ab infante, pupillo, minore, & à non domino
12 cauſæ. Verum ſi quis † incertum confiteatur,
13 vrgeri debet, vt exprimat: ſi non ſponte, † libere & ex propoſito profiteri vult, illud tunc coacte, vi, metu & tormentis fieri debet. Hippol. de Marſil. *in pract. crimin. §. expedita. nu. 11.* de quibus infra in ſequenti tit. vberius. Reliqua ad materiam confeſſionum pertinentia pete fuſius infra ex *4. capp. fin a lib. tit. 5.*

TITVLVS V.

CAP. I.

De Præſumptionibus.

SVMMARIA.

1 *Præſumptio aliæque probationum ſpecies quænam*

nam à probandi onere releuant.

2 *Definitio præsumptionis quæ, & quæ eius diuisio.nu.3.*

4 *Præsumptio iuris quæ est, & facti. nu.5.*

6 *Præsumptionum species quotuplices.*

7 *Temeraria quæ est, & quæ probabilis.nu.8.*

9 *Violenta quæ dicitur, & quæ necessaria. nu.10.*

11 *Præsumptionis causa efficiens quæ est.*

12 *Lex quando dicitur præsumptio iuris.*

13 *Præsumptio hominis quæ est.*

14 *Materia præsumptionum quænam.*

15 *Quænam circa personam præsumuntur: & quæ circa res.nu.16.*

17 *Quælibet res natura sua est libera.*

18 *Præsumptio de rebus capitur ex communiter accidentibus.*

19 *Quæ præsumptiones circa iudicia versantur.*

20 *Forma & modus præsumendi ratione signorum quinam constituitur.*

21 *Iudex ex quib. causis inquisitionem de crimine vel quæstionem suspicit.*

22 *In criminalibus regulariter præsumi non licet.*

23 *Nemo ex suspicionibus, præsumptionibus, indiciis & coniecturis damnatur.*

24 *Ex præsumptionibus iuris violentis condemnatio fit in criminalibus.*

25 *Effectus præsumptionis quinam est.*

26 *Præsumptio maior minori fortior, & specialis generali.nu.27.*

28 *Præsumptioni affinis est coniectura, eiusq; definitio quæ.*

29 *Definitio iudicij quæ: & quæ huius diuisio. numer. 30.*

31 *Signum est vel necessarium vel non necessarium.*

32 *Suspicio quæ est.*

33 *Opinionis definitio quæ.*

PRæsumptio cæteræque probationum spe-
1 cies † quæ sequuntur, ab onere probandi
potius releuant, quam rem directo probant.
2 Præsumptio est † rei dubiæ, aliquib. signis ex-
trinsecus quęsitis credulitas ac fides. gl. *in rubr.*
3 *ff. de probat.* & est duplex: alia † iuris & de iure, q̃
4 dicitur † liquidissima probatio. *l. 1. C. de rei vxor.*
5 *act.* alia est facti † quæ ex multis causis & suspi-
cionib. surgit, ea tantum est probabilis, & non
6 necessaria. Deinde species † præsumptionum
7 sunt multæ: alia temeraria, quæ † est insufficiẽs
& à iudice repellitur, nec animum iudicis mo-
8 uere debet, alia probabilis, huius † est vnus
modus, qui surgit ex suspicione & fama. Sed
iudex eam sequi non debet, ita q̀ probabiliter
9 ipsam contra aliquem haberet, alia † violenta,
q̃ surgit ex rebus verisimilibus, alia deniq; ne-
10 cessaria † de qua necessario præsumitur. Por-
11 ro causa efficiens præsumptionis † est lex vel
12 homo. Lex enim † quando aliquid præsumit,
dicitur iuris præsumptio. Hippol. de Marsil.
in rub. de probat. n. 108. & sumitur vel ex signis &
indiciis necessariis, violentis & indubitatis, &
tũ pro veritate habetur, adeo vt probationem
in con-

in contrarium non admittat. *l. antiquæ. Cod. ad SC. Vellei.* Præsumptio hominis † dicitur, quæ 13
sine aliis adminiculis plenam fidem non facit. *l. rationes. C. de præsum.* semper ergo signũ, coniectura vel indiciũ, ex quo lex vel homo præsumptionem ducat, subsit & rem comitetur. Deinde materia, ex † qua sumũtur p̃sumptio- 14
nes, sunt signa, indicia, coniecturę, qualitates, actiones, aliæq; variæ causarum circumstãtiæ, quæ versantur circa personas, res, iudicia & actiones vel cogitationes hominum. Menoch. *in tract. de præsump.* Circa personam † igitur ea, 15
quæ homini naturaliter vel communiter insunt, semper adesse præsumũtur. gl. *in c. si forte. de elect. in 6.* vt sensus cõmunis, dilectio, cura & educatio suæ prolis, generandi appetitus, potentia & facultas, sibi suisq; prospiciendi studium, diligẽtia curandi & cõseruandi res suas, libertatis affectio, innocentia, bona fides, &c. Circa res ita † præsumitur, qualiter à naturali 16
qualitate & insita vi esse permittuntur. Vnde quia res q̃libet † sua natura est libera. Deinde 17
de rebus ẽt p̃sumptio capitur ex † cõmuniter 18
accidentibus, & quales se cõmuniter habent, ac esse consueuerunt, qualis item de iisdem est cõmunis hominũ opinio, suspicio vel fama, de quib. infra, &c. Circa iudicia p̃sumptiones deniq; † versantur, vbi pręsumptio pro iudice 19
& ꝓcessu capitur. Menoch. *de præsump.* Forma & modus p̃sumendi † ratione signorũ, ex qui- 20
bus

bus præsumptio colligitur, varius constitui-
21 tur. Iudex enim ex variis indiciis † & circumstantiis de crimine vel inquisitionem vel quæstionem suspicit, & quæ ad inquisitionem vel quæstionem sufficiant, arbitratur. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 88. & seq.* alias in causis crimi-
22 nalibus † regulariter præsumi non licet. Ex suspicionibus enim seu præsumptionibus, in-
23 diciis † seu coniecturis nemo damnatur. *l. absentem. ff. de pœn. l. fin.* & ibi Bartol. *ff. de quæstion.* Verum ex præsumptionibus violentis iuris &
24 de iure, & † sic ex præsumptione legis fit condemnatio in criminalibus. *l. si qui adulterij.* vbi gloss. & Bald. *C. ad leg. Iul. de adult.* Innoc. *in cap. quia verisimile. de præsumpt.* Effectus denique
25 præsumptionis † est, vt onus probandi in aduersarium, contra quem præsumitur, transferat. *l. fin. in princip. ff. quod met. caus.* nisi forte ex altera parte fortior præsumptio existat. Vt
26 præsumptio † maior fortior est minori, spe-
27 cialis † generali, & naturalis accidentali. Menoch. *de arbit. iudic. caus. lib. 2. q. 472. nu. 14. & 19.* quod tamen intelligẽdum est de præsumptione iuris. *l. cum de indebito. in princip. ff. de probat.*
28 Postremo affinis † præsumptioni est coniectura, quæ est indicium, quod à probabilibus sumatur. Bald. *in l. 2. in princ. ff. de excusat. tutel.*
29 Indicium † quod est nota quædam & vestigi-
30 um rei gestæ. Vnde aliud est plenum † & indubitatum, aliud minus plenũ. *l. indicia, C. de rei*

ven-

vendicat. Signum, & hoc est vel necessarium, quod † aliter se habere nequit, vel non necessari- 31
um, sed verisimile. Suspicio † quæ animum in 32
aliquo argumento in partem aliquam trahit, licet non omnem excludat, & dubitationem eximat, Bald. *in l. ea quidem. nu. 3. C. de accusat.* Opinio † denique est verisimilis aliqua saltem 33
suspicio, vestigium, nota & exẽplum. De hisce nempe indiciis, coniecturis & quæstionibus seu torturis *in seqq. capp.* infra copiosius.

Cap. II.

De definitione & genere indiciorum.

Svmmaria.

1 Indicium varie definitur, & diuersimode nuncupatur.

2 Argumentum, signum & præsumptio sunt minora, quam indicium.

3 Indicia ad torturam sufficientia quomodo cognosci poßint?

4 Indiciorum duo sunt genera.

5 Indicium indicans propositum, indicat & interfectorem, licet non semper puniatur de proposito.

6 Indicium aliud est remotum & leue, aliud propinquum & graue.

7 Indicium propinquum quodnam sit? & quod remotum.

8 Negotiis attributa quomodo considerentur.

9 Tem-

9 *Tempus præteritum maxime valet, nam & quæ fiant, & quæ futura sint, ex præteritis colligantur.*

10 *Propositum indicantia qualia esse oporteat?*

11 *Præsumptio iuris & de iure non recipit probationes in contrarium: secus de præsumptione iuris.*

12 *Negotium omne per tria tempora certioribus argumentis arguitur.*

13 *Indicia ante delictum ex quibus capiantur?*

1 INdicium varie † definitur, & dicitur signum alicuius maleficii commissi, vel alterius rei, de qua agitur, & varie nominatur, videlicet, argumentum, signum & præsumptio. Sed hęc
2 duo † sunt minora quàm indicium. Et dicunt omnes, quo non potest dari certa doctrina. Sed secundum Bart. *in l. fin. ff. de quæstion.* potest
3 dari aliqua via † ad cognoscendum indicia sufficiẽtia ad torturam. Indiciorum duo sunt
4 genera † vnum quod indicat aliquem deliquis-
5 se, & ex proposito, & omne quod † indicat propositum, indicat & interfectorem, licet non semper puniatur de proposito, & hoc euenit, quando rixantes obuiant sorte, & casu. Aliud indicat deliquisse, sed non ex proposi-
6 to, vt in tabula. Et in prædictis indicium † aliud est remotum & leue, aliud propinquum & graue. Propinquum est, quod tangit negoti-
7 um, vt † vnus testis de visu, captus in loco delicti

licti & reliqua. Indicium vero remotum dicitur homo malæ conditionis & similia. Et secundum oratores attributa † negotiis, par- 8
tim sunt continentia cum ipso negotio, partim in gestione negotii cõsiderantur, partim adiuncta negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur. Sed præteritum tempus maxime † valet: nam & quæ fiant, & quæ fu- 9
tura sint, ex præteritis colliguntur: & ea quæ in delicto † fiunt, siue post, ad hoc vt indicent 10
propositum, oportet esse eiusmodi, vt consequantur ab ante delictum gestis, & de industria facta videantur, de qua industria loquitur text. *in cap. 21. Exodi. & l. militis agrum. ff. de re milit.* Cicero *in libr. 2. de Inuention. tit. nunc ad causam coniecturalem.* In prædictis † duplex est 11
præsumptio, vna iuris & de iure, & hæc non recipit probationes in contrarium; alia est iuris, & hæc recipit probationes in contrarium. Qualiter autem probetur indicia, dicetur infra *in tit. de indiciis per visum vnius testis.* Postremo, quia per tria tempora omne † negotium 12
arguitur certioribus argumentis, itaq; per ea excutiam locos indiciorum in specie, de quibus hactenus in genere dictum est. Ante igitur delictum † capiuntur indicia à persona, 13
causa, consiliis, & is ordo est, facere voluerit, potuerit, fecerit. Sed quæstio an fecerit, incipit à secundo tempore.

Cap.

CAP. III.

De fama reorum.

SVMMARIA.

1 *Fama rei à iudice examinanda.*

2 *Fama quid sit, & quomodo consideretur, & an faciat sufficiens indicium ad torturam.*

3 *Torqueri non potest reus ex indicio remoto à maleficio, sed alia simul requiruntur.*

4 *Fama mala an non solum in eo, in quo quis infamatur, sed etiam in alijs, rei opinionem grauet?*

5 *Fama mala ad hoc vt noceat, debet esse in eodem genere mali.*

6 *Fama seu infamia præcedere debet inquisitionem, aliàs non proceditur, nisi in casibus exceptis.*

7 *Famæ malæ indicium cessat, si probetur à tribus annis citra reum fuisse bonæ vitæ.*

8 *Fama mala non sufficit, nisi conuictus fuerit de infamia.*

9 *Fama bona tuetur reum à tortura.*

10 *Fama bona in genere tollit indicia in specie.*

11 *Testes specialiter examinati super mala fama, an præferantur testibus deponentibus in genere de bona fama.*

1 EXaminari † debet per iudicem, cuius æstimationis & famæ sit reus, qualis etiam fuerit: propter enim malam famam delinquen-

quentis facile præsumitur de insidiis & dolo. *lib. Iudic. cap. 6. l. 4. ff. de suspect. tutor.* & fama est communis opinio † voce manifestata ex suspi- 2
cione prouenieñs. *l. de minore. ff. de quæstion. & ibi Bart. & lib. 1. Regum ca. 2.* Et varie considera-
tur, videlicet in genere & in specie: in genere quando fama est, quod aliquis est bonus vel malus, vel etiam in aliquo genere mali, & per per hanc nõ oritur aliquod indicium ad torturam secundum Bart. *in l. fin. ff. de quæst.* ibi, *est homo malæ conditionis*, est indicium quale quale, & non sufficit ad torturam sine aliis, secus
si esset vnitum. Et est regula † generalis, quod 3
ex indicio remoto à maleficio reus non torquetur, sed requiruntur alia simul. Sed secundum Brun. fama generalis parit indicium ad torturam, quoties iungitur cum fama speciali, & vita præcedẽs magnam partem defert ad præsumendum quod, quid sit: Vnde caueat v-
nusquisq; quia non solum † in eo, in quo quis 4
infamatur, sed etiam in aliis grauatur eius opinio, vide *eundem in gloss. circa 3. & 5. col.* Sed omnes dicunt, quod ad hoc vt mala fama no-
ceat † reo, debet esse in eodem genere mali, 5
quia ex dissimilibus non oritur coniectura.
Fama seu infamia præcedere † debent inqui- 6
sitionem, aliter non procedetur, nisi in casibus exceptis per Hippol. *in §. constante: nu. 12.* Item quando ex præsumptione hominis præsumitur contra aliquem propter malam fa-

mam in eodem genere malitiæ, potest admitti probatio in contrarium. Et indicium malę famæ † cessabit, si à tribus annis citra ꝓbabitur
7 mæ † cessabit, si à tribus annis citra ꝓbabitur fuisse bonæ vitæ. *c. cũ in tua. extra de sponsal.* Itẽ
8 fama mala † probari debet, & nõ sufficit, quod ita dicatur de aliquo, nisi fuerit cõuictus de infamia, & qualiter probetur, vide *in cap. 1. de parenti.* Et definitio prædicta declarat, quæ requirantur in fama, quæ etiam probari debet secundum Hippol. *in §. constante. nu. 116.* Idem secundum Oratores, quando dicunt; *deinde vita hominis ex ante factis spectabitur, in quo considerabit accusator, num quãdo simile quid fecerit, si id non reperiet, num quando venerit in similem suspicionem.* De quo per Cicer. *ad Herẽn. lib. 1. & lib. 2. de inuent. tit. 2.* Quare mala fama contra aliquem oriri non debet, nisi vt supra, & nisi reus conuictus fuerit, & quando mala fama apparebit, vt supra, non indicia sumentur in eodem genere mali, sed et in diuerso, secundũ Brun. *vt supra,* & ratio Oratorum reddi potest. Deinde qui fecerit illud tam nequiter, eũdem hoc tam perperam fecisse non est mirandum.
9 Econtra a. propter bonam famam † non torquebitur secundum Bal. *in l. 2. C. locati.* vbi multa similia dicit. Sed aliqui limitant non torqueri ita grauiter. Hoc amplius dixerũt aliqui
10 per † bonam famam in genere tolli indicia in specie. Sed multi cõtradicunt, ꝙ quãdo testes
11 sunt specialiter † examinati super mala fama alicuius

alicuius, tunc tales testes præferuntur testibus deponentibus in genere de bona fama. not. *in c.cum oportet.extra de accusat.* alia vero est fama in specie, de aliquo particulari facto, & quod tale quid sit vel non, & differt à supradicta, quia respicit vitam hominum, vt supra: hæc vero respicit negotium, de quo quis accusatur, & oritur ex circumstantiis negotii.

CAP. IV.

De conuersatione & victu.

SVMMARIA.

1 *Conuersatio mala est malæ actionis indicium.*

2 *Suspiciones malæ trahuntur ex conuersatione & victu.*

3 *Conuersans cum inimicis occisi, præsumitur ex proposito occidisse.*

4 *Conuersatio cum malis hominibus inducit indicium ad torturam contra delinquentem.*

5 *Associatio mali hominis inducit indicium præmeditati & consilij.*

MAla conuersatio est malæ † actionis indicium: nam qualis quisq; est, tali consortio delectatur, & ideo si cõmissum sit homicidium, & Caius sit solitus conuersari cum homicidis, ex tali cõuersatione habebit cõtra se indicium dicti homicidii. Guid. de Susar. *in tit. quæ & qualia.* Hipp. *in §. expedita. in fin.* Idem *in libr. Moysis, cap. 4. & 24.* Prouerb: Esai. *c. 16.* & Deuter. *cap. 21.* Idem, secundum Oratores 1

2 ex conuersatione † & victu multæ trahuntur suspiciones secundum Ciceron. *lib. 1. de inuent.*
3 *tit. 13. & lib. 2. tit. 2.* Preterea conuersatio † sepe accipitur in alio genere, videlicet si occisor fuerit visus conuersari cum inimicis occisi, presumetur quod ex proposito & de industria
4 occiderit. Et secundum aliquos † per cõuersationem cum malis hominib. oritur indicium cõtra delinquentem ad torturam secundum Hippol. *in §. expedita. nu. 93.* Sed in libris Moysis vrgens est indicium *c. 16. Esaiæ,* ibi, *Socij furum,* & Prouer. *cap. 4.* ibi, *Peruersi corde non inueniunt bonum.* Item si sequatur homicidium si inter-
5 cesserit associatio † mali hominis, licet in ea nihil fecerit, presumetur de malo cõsilio & de premeditato. *l. non ideo minus. & ibi Dd. C. de accusat.* & sic ex hoc simplici sociatu oritur indicium, propter qualitatem personæ, nam consilia impiorum sunt dolosa. Prouerb. *cap. 12. & seq.*

CAP. V.

An sola inimicitia, & sic aliæ causæ ad torquendum sufficiant.

SVMMARIA.

1 *Inimicus an poterit torqueri, quando quis interfectus, & nescitur, à quo, si inimicitia fuerit capitalis?*
2 *Inimicitia est indicium remotum à maleficio.*
3 *Pluribus rixantib. si quis fuerit occisus contra inimi-*

inimicum, si de indiuiduo non constet, præsumitur, & ex hoc is poterit torqueri.

4 *Nemo reperitur, qui non metuat, oderit, speret, & irascatur, per quas causas delinquitur.*

5 *Inimicus & suspectus quæ probare debeat, ne torqueatur.*

6 *Reus suspectus debet interrogari, vbi fuerit, cum quibus comederit tempore delicti.*

SI quis est interfectus, & nescitur à quo † sed 1
probatur, quod Titius erat inimicus illius, ex tali præsumptione poterit Titius torqueri, secundum Specul. *in §. species. tit. de præsumpt.* & secundum Rom. *in l. 1. ff. ad SC. Syllan.* per text. ibi, *in suspicionem cædis.* per quem text. multi consentiunt semel posse torqueri, dummodo inimicitia sit capitalis. Adde Eccles. *cap. 12.* ibi, *nunquam credes inimico.* Sed moderni contra tenent. Hipp. *in §. diligenter. nu. 70.* quem multi sequũtur per multas rationes, maxime † quod 2
inimicitia est indicium remotum, & dictum Spec. intelligunt, quoties necesse est vnum ex pluribus hominem interfecisse, & certum est delictum & certę personæ, sed incertum est de indiuiduo, & tunc ex illis † pluribus poterit i- 3
nimicus torqueri. Oratores multi consentiunt, quia multæ causæ sunt, quæ inducunt ad maleficium, etiam latentes & ignotæ, cum nemo reperiatur † qui non metuat, oderit, spe- 4
ret & irascatur, per quas causas delinquitur.

Quare non consequitur, Titius inimicus est: ergo occidit, cum alius poterit occidere propter supradictas causas, etiam latentes. Ego in hac difficultate pro conciliandis opinionibus distinguo secundum Cicer. *in lib. 2. de inuent. tit.* 2. ibi, *maxime enim quæri oportet in hac constitutione: Primum potueritne aliquid fieri: deinde æ-*
5 *que ab alio potuerit.* Concluditur, quod † si Petrus probabit alium æque potuisse occidere, non torqueatur, aliter sic. Quare demõstrabit reus, aut aliis quoq; bono fuisse, aut alios quoque id, de quo ipse insimuletur, facere potuisse. Vide Cicer. *ad Heren. lib. 2. tit. collatio.* Hac defensione vsus est Cicero *pro Murena* in familiam Ancharianam & pro Scauro circa mortem Bostaris in matrẽ auertẽs crimen. Maximum a. est remedium definiendarum quæstionum
6 hoc casu & omni alio, videlicet ꝙ † suspectus interrogetur, vbi fuit, & cum quibus comedit tempore delicti. De hac interrogatione vide Bart. *in l. fin. ff. de quæst.* & ita per locum & tempus Oratores omne negotium definiebant.

CAP. VI.

Mendacium an faciat indicium ad torturam.

SVMMARIA.

1 *Mendaciter respondens an posit torqueri?*

2 *Variatio seu mendacium in quibus & circa qua noceat?*

3 Men-

3 *Mentiri in quibus liceat propter salutem?*

4 *Accusatus de homicidio si negauerit, si postea probetur occidisse, poterit dicere fecisse ad sui defensionem.*

5 *Delictum quo casu per mendacium approbari videatur?*

REus mendaciter respondens † potest tor- 1
queri, quia tacēdo veritatem, videtur esse in dolo. *l. seruus. ff. de dolo.* Alii contra, quia licet reo contraria dicere ꝑpter salutem. Propterea aliqui distinguunt, ꝙ quando est mendacium circa negotium principale seu circumstātias, tunc fit indicium ad torturā, vt puta si esset varius circa locum delicti, vel tēpus, tūc variatio seu mendacium † nocet, vt in exēplo Bart. *in l.* 2
fin. ff. de quæst. vbi ꝑpter delictū de nocte iudex interrogat suspectū vbi & cum quibus fuit illa nocte, & si reperitur mendax, oritur maxima præsumptio. Secus a. si mēdacium † fuerit cir- 3
ca diuersa, vt puta circa nomen loci & originis & alterius rei similis: tunc n. licet mētiri ꝑpter salutē. Omitto alias distinctiones scribētium, & dico, quotiens tractatur de aliquo facto, ꝙ habet annexam determinationē loci vel temporis, vel alterius rei, de qua agitur: tunc mendacium nocet, vt in exemplo Bart. quoniā dicto casu reus videtur deliquisse, quia nō apparet alibi fuisse & reperitur mendax, qua de re reus potest torqueri. Itaque si † accusatus de 4
homicidio negauerit occidisse, si probabitur,

poterit tamen dicere feciſſe ad ſui defenſionem, licet mentitus ſit ſecundum Bar. *in l. cum de indebito. ff. de probat.* quia mendacium non eſt circa negotium principale, vel quia nō ap-
5 probat † delictum terminatum per locum & tempus, vbi reus videtur fuiſſe, quoties alibi ſe fuiſſe dicit, & mentitur, & ſic approbat delictum per mendacium.

CAP. VII.

De indiciis per viſum vnius teſtis.

SVMMARIA.

1 *Probatio, quæ fit per viſum, omnibus aliis eſt maior. Et tunc dicitur plena probatio, quando fit per duos teſtes, de viſu omni exceptione maiores.*

2 *Torqueri an poßit reus ex dicto vnius teſtis de viſu, maxime ſi teſtis ſit omni exceptione maior?*

3 *Teſtis de viſu vt faciat indicium ad torturam debet deponere, quod interfuerit maleficio, alias ſecus.*

4 *Teſtes duo requiruntur ad probandum indicia remota à maleficio.*

5 *Teſtis vnius de viſu facit indicium, niſi aliæ circumſtantiæ reſiſtant.*

6 *Teſtis qui non eſt omni exceptione maior, in quibus probet?*

7 *Teſtis non idoneus per aliquod priuilegium idoneus fieri non poteſt.*

8 *Testis debet esse omni exceptione maior quando tractatur de cōdemnando, secus de torquēdo.*

9 *Testes non idonei in casu inquisitionis admittuntur, quia tunc cessat periculum corruptionis.*

10 *Testes etiam infames non nisi instigati falsum deponunt.*

11 *Testi inimico etiam in casu inquisitionis credendum non est.*

12 *Testes inhabiles in casu accusationis admitti nō debent, etiam ad torquendum.*

13 *Iudex videns delictum committi, non potest tamen sine aliis probationibus reum torquere.*

14 *Visus vibrare gladium contra vulneratum, licet non sit visus vulnerare, poterit torqueri.*

15 *Testes si dixerint vidisse duos solos rixari, & vidisse in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit ad condemnationem procedi.*

16 *Inimicus interfecti, si visus fuerit solus ambulare in loco delicti cum gladio euaginato, reperto interfecto, poterit condemnari.*

PRobatio, quæ fit per visum † secundum omnes est maior omnibus aliis, & tunc dicitur plena probatio, quando fit per duos testes de visu & omni exceptione maiores. Sed dubitatur, an per solum dictum vnius testis de visu † possit torqueri reus? Et non est maius indicium isto, vnde secundum multos potest torqueri, dummodo testis sit omni exce-

(right margin: 1 at line 1; 2 at "de visu † possit")

 ptione

ptione maior. vide Bart. *in l. admonendi. ff. de iu-*
3 *reiu.* Item debet deponere, quod † interfuerit, aliter non facit indicium ad torquẽdum: nam
4 quãdo deponeret † super remotis à maleficio, & his quæ consequuntur, requiruntur duo testes, vt not. *in l. si. C. famil. ercis.* Adde secundum
5 Bald. quod vnus testis de visu facit † indicium, nisi aliæ circumstantiæ resistant, vt per eum *in l. 2. C. quorum appell.* Volunt tamẽ aliqui, quod
6 licet testis † non sit omni exceptione maior, probet tamen in aliquibus; videlicet, quando concurrit leuitas vitæ rei. Item in criminibus exceptis, vide gloss. *in l. 3. ff. de testam.* Hoc tamen multi respuunt, vt Alex. *in cons. 11. vol. 1.*
7 quia testis non idoneus † per aliquod priuilegium non potest fieri idoneus. Alii sentiunt, quod talis testis, licet non maior omni exceptione, probet tamen quãdo alia merita processus cõcurrunt. Demum restringunt, quod
8 testis debet esse † omni exceptione maior, quando tractatur de condemnando, secus de torquendo; & ratio est, quia maius versatur periculum in condemnando, quam in torquendo, vt tradit Hipp. *in §. diligenter. nu. 4.* In
9 prædictis distinguo † quod in casu inquisitionis testes etiam non idonei admittantur secũdum Bald. *in l. 1. C. de sum. trinit. & fid. cathol.* Et ratio reddi potest, quod hoc casu cessat peri-
10 culum corruptionis, quia licet testes † sint infames, non nisi instigati falso deponunt, quod

non

non accidit in supradicto casu: Limitarem tamen † non esse credendũ inimico, licet in casu 11
inquisitionis per regulam, quod inimici de inimicis semper male cogitant, & facile mentiũtur. In casu vero accusationis † testes inha- 12
biles admitti non debẽt, neq; ad torquẽdum, quamuis sint in contrarium supradictæ autoritates. Et si velis sequi opin. prędictorum, saltem restringe, ꝙ ex natura negotii nõ possint haberi alii testes, & aliter veritas haberi nequeat, & ꝙ tractatur de torquendo tm̃. Iudex quamuis viderit cõmitti delictum † nõ potest 13
tamen sine aliis ꝓbationib. torquere reum, vt per Spec. *tit. de sentent. §. qualiter*. Visus vibrare & iacere gladium † contra vulneratum, licet 14
non sit visus vulnerare, poterit tñ torqueri secundum Spe. *in tit. de probat. §. & si*. Si testes dixerint † vidisse duos solos rixari, & vidisse in fi- 15
ne rixæ vulneratum, ex hoc poterit procedi ad condemnationem: & ratio est, quod non est defensio in cõtrarium, reperto interfecto, inimicus interfecti † visus ambulare solus in loco delicti cum gladio euaginato, poterit condemnari. Vide Angel. *de indiciis indubit.*

Cap. VIII.

De repertis in crimine siue in loco criminis.

Summaria.

1 *Reperti in crimine an ex hoc solo conuincantur, vt de facto puniri possint?*

2 *Reperti in domo, vbi perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, poterunt torqueri, & an ex hoc possint damnari?*

3 *Tortura incipienda est ab eo, qui solitus est delinquere.*

4 *Reperti in loco delicti vel in loco proximo possunt torqueri, maxime si fuerint inimici interfecti & reperti cum armis.*

5 *Repertus prope mortuum cum gladio poterit torqueri & an damnari?*

6 *Vicini habent indicia contra se, quando rei non reperiuntur, maxime in furtis, quia saltem scire præsumuntur.*

1 REperti in crimine † ex hoc solo conuincuntur, & de facto possunt puniri secundum gl. *in leg. ictus fustium. ff. de ijs qui not. infam.* Sed hæc opinio nō placet, quia quamuis reus fateatur crimen, (quod est maius) monetur tamen, vt suas faciat defensiones, not. *in l. 1. §. si quis in villa. ff. ad SC. Syllan & Exod. c. 22.* Si in
2 aliqua domo † perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, reperti in illa domo tempore delicti torquebūtur, & ratio est, quia p̄sumuntur scire, & secundū aliquos possunt damnari. Sed dic vt *in tit. ne quis p̄ aliqua indicia conuincatur, &c.* Et supradicto casu tortura † incipiet
3 à solito delinquere secundum Rom. *in l. 1. ff. ad SC. Syllan.* Reperti in loco † delicti possunt tor-
4 queri. Idem si in loco proximo, *l. 1. §. quid ergo. ff. ad*

ff. ad SC. Syllan. Prædicta multi limitant, quod inuentus sit inimicus interfecti, vel quod aliæ adsint causæ. Alii addiderunt quod sit inuentus cum armis. Sed ego credo sufficere, vt inuentus sit inimicus interfecti, licet non inueniatur cum armis, quia post delictum potuisset celare arma, conclusiue distinguendo, vt supra, procedetur ad torturam, & non aliter, quia potest quilibet obuiare forte & casu. Repertus prope mortuum cum gladio † poterit 5
torqueri, sed secundum alios damnari ob manifestum indicium, vide Bart. *in l. manifestus. ff. de furt.* Sciendum est, quod si non † reperiun- 6
tur rei, vt supra dictum est, capientur indicia contra vicinos, qui saltem præsumuntur scire, maxime in furtis. Bald. *in l. 1. C. locati.* & in lege diuina *Deuter. c. 21. in princip.*

Cap. IX.

De Fuga.

Svmmaria.

1 *Fuga sola an præstet sufficiens indicium ad torturam, vel tantum faciat suspicionem, nisi cum aliis iungatur?*

2 *Intrinseca in criminalibus probantur per extrinseca.*

3 *Fuga quando tantum pariat indicium ad torturam.*

4 *Reus præsumitur discessisse ob causam, per quam accu-*

accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustam causam probet.

5 *Fugiens post querelam seu inquisitionem formatam contra se non indicat.*

6 *Fuga quotiens potest aliqua probabili causa colorari non facit indicium.*

7 *Fugiens post commissum homicidium an excusetur, si dicat se fugisse, quia timebat, ne consanguinei occisi ipsum offenderent.*

8 *Fugiens ob suspicionem accusationis vel inquisitionis, an excusetur? vel si aliquod indicium inde oriatur, an iuramento rei tollatur.*

9 *Iuramento probantur ea, quæ in animo consistunt.*

10 *Suspicio non est iusta causa fugæ, sed per eam arguitur, quod reus deliquerit.*

11 *Conscientia scelerum mille testes.*

12 *Criminales quæstiones iuramento reorum non deciduntur.*

13 *Iuramentum aliquod in criminalibus non præstatur causa purgandi aliquas suspiciones sine indicia.*

14 *Tortura datur in supplementum in caussis criminalibus, quando veritas haberi non potest.*

15 *Tortura in criminalibus succedit loco iuramenti.*

16 *Iuramentum purgationis est quoddam remedium extraordinarium.*

17 *Fuga probata in aliquibus casibus dicitur probatum delictum.*

18 Fu-

18 *Fuga si alicui obyciatur in crimen, probata fuga, probatum etiam crimen dicitur, sicut & suspicio. nu. 19.*

20 *Fuga per duos testes probari potest, sicut quodlibet aliud indicium.*

21 *Famulus fugiens à domino, an præsumatur domini res, si non adsint, furto subtraxisse?*

22 *Fuga famuli an contra eum faciat indicium ad torturam pro furto.*

23 *Fuga an aliquo casu faciat probationem.*

24 *Innocentia rei etiam confessi & condemnati omni tempore est quærenda.*

25 *Indicia quæ oriuntur ex fuga, oriuntur etiam ex præparamentis fugæ.*

26 *Fuga in promptu idem operatur, quod fuga in actu.*

27 *Probandi onus incumbit accusatori & accusato, quando quis fugit, sed quando quis non aufugit, incumbit solum accusatori.*

PRopter solam fugam † quis torqueri non 1
debet, quia nõ facit indicium sed suspicionem secundum Bart. *in l. fin. ff. de quæst.* secus si fuerit iuncta cum aliis, vt fama, inimicitiis & similib. circumstantiis. Alii a. senserũt per solam fugam posse torqueri reum; quia est animi indicium, & accusat fugientem: & in criminalibus extrinseca probant † intrinseca: *l.* 2
fin. ff. de diuort. Idem *in lib. Moysis*; *Prouerb. ca. 28.* Sed conclusiue dic, ꝙ quando constat iudici,

quod

quod reus abest ob causam, qua accusatur, si-
3 ue inquiritur, tunc fuga parit † indicium ad
torturam, & notandum est, quod reus præsu-
4 mitur † discessisse ob causam, per quam accu-
satur, siue inquiritur, nisi aliam iustam causam
probet *l. de minore. & ibi Bald. C. ad leg. Iul. de ad-*
5 *ult.* Limitant tamen prædicta † scribentes, quod
quis non possit torqueri, quādo aufugit post
querelam siue inquisitionem formatam, quia
quilibet rationabiliter sciēs se esse accusatum,
licet sit innocens, quærit fugam, & tunc fuga
non potest dici animi indicium siue conscien-
tiæ signum, ex quo prouenit ex diuersa causa
& timore iudicii: & similiter limitant, si alia si-
mili causa iusta fugerit; Et sic succedit regula
6 generalis, quoties fuga † potest aliqua proba-
bili causa celari aut colorari, nō facit indicium
vtputa si ille, q aufugit, est solitus transcurrere
per diuersas ciuitates. Occurrit hic exēplum
7 Bruni, si quis commisso homicidio † aufuge-
rit, dixeritq; aufugisse, ne consanguinei occi-
si ipsum offendant, non videbitur suspectus
& excusatur, vide eum *in quæst.* incip. *circa ter-
tiam.* Hoc tamen non placet, quia si tale con-
cederetur, nunquam fuga faceret indicium:
nam quilibet per prædicta se excusaret. Item
non est æqua excusatio, quia non debet quis
timere consanguineos, si delictum non com-
misit, imo ex tali excusatione oritur indicium
quia propalat se, & dat signa certa cōscientiæ.

Qua-

Quare dic, vt supra, nisi probaretur consanguineos defuncti ante fugam minatos esse accusato, quia tūc recte potest dici ob p̄cedentes minas fugisse. Item secundum Hippol. suspicio quod sit † formata accusatio, siue inquisi- 8
tio excusat fugientem, & si ex fuga aliquod oritur indicium, illud tollitur per iuramētum, & sic fuga nunquam faciet indicium: quia fugiens poterit semper dicere, & iurare, quod aufugit propter suspicionem, vide eum *in* §. *diligenter. nu. 42.* quem omnes recentiores sequuntur defendendo eum, quod ea quæ in animo † consistunt, directo per alios probari 9
non possunt, nisi solo iuramento, cui creditur secundum gloss. *in* §. *sed iste. Institut. de act.* vbi Iason multa ait. Sed contra teneo per infra scripta; primo quia suspicio non † est iusta 10
causa fugæ, imo per eam arguitur, quod reus 1
deliquerit iuxta regulam diuinam: *fugit impius nemine persequente.* Suspicio enim rei, quod procedatur contra se, dat signa conscientiæ iuxta illud: *conscientia scelerum* † *mille testes.* Et 11
dum Hippol. dicit, tale indicium tolli per iuramentum. Respondeo, quod non probatur aliqua lege, imo quæstiones † criminales non 12
deciduntur iuramento reorum. not. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Idem tenuit Hippol. *in* §. *postquam. in princ.* Et iure merito in criminalibus non datur † iuramentum aliquod causa 13
purgādi aliquas suspiciones, siue indicia, quia

14 tortura datur † in supplemētum in causis criminalibus, quando veritas haberi non potest, secundum Bart. *in l. fin. ff. de quæst.* & sic loco iu-
15 ramenti † succedit tortura, quæ et, quia plures gradus habet, potest dari secundū qualitatem indiciorum. Et notādum est, quod doctrinæ,
16 quas citauit Hip. loquūtur de quodam † iuramento, quod à scribentibus purgationis dicitur, & est remedium extraordinarium, & affertur exemplum per prædictos de aduena conquerente sibi sublata esse aliqua bona in hospitio, nulla tamen habente indicia, aut suspicionem contra hospitem, tunc & simili casu potest iudex deferre iuramentū. Hoc idem in lib. Moysis, *Exod. cap. 22. & seq.* ibi, *si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetran-*
17 *dum fraudem.* Sunt quidam † casus, in quibus probata fuga probatur delictum, qui cognoscūtur per regulā generalem, videlicet quan-
18 do fuga † obiicitur alicui tanquam crimen, tunc probata fuga, probatum est crimen, quia tunc lex ponit ipsam fugam tanquam specificum crimen, non autem tanquam signum criminis. *l. desertorē. ff. de re mil.* Idem in cœnobita fugiente ex cœ-
19 nobio. Itidem quando agitur, an quis † sit suspectus, vel non, probata fuga probatur & su-
20 spicio. Item fuga probari debet † per duos testes, sicut quodlibet aliud indicium. est gl. de hoc *in l. fin. C. famil. ercisc.* Multos alios casus

ponit

ponit Hipp. *in §. diligenter.* vtputa de † famulo 21
fugiente à domino, nam si reperiuntur amisse aliquæ res domini, videbitur talis famulus subtraxisse. Sed multi hãc opinionem respuunt & refellunt. Hoc amplius sentiunt per tale † indicium non posse torqueri, cum exigātur alia indicia cum fuga, not. *in l. 1. ff. de quæst. in princ.* vide Brun. *in tract. de indic. col. 3.* Sed in hac difficultate sentio, quod ex fuga famuli oriatur indicium ad torturam, quando hæc concurrunt, videlicet dominum habuisse dicta bona & seruum verisimiliter potuisse auferre. Item quod dominus sit bonæ fidei, & contra seruus sit aliquantulum suspectus: aliter enim non est procedendum ad torturam, quia contingit sæpe famulos fugere propter timorem domini, siue aliam similem causam, & domini sæpe mentiuntur contra seruos. Itē dicit fugam † facere probationem, videlicet si sunt duo exules eiusdem nominis, & nescitur vere, vter ipsorum sit exul, tunc ille qui aufugit, iudicabitur esse ille, qui est exul. Prædicta opinio non placet, quia fuga potest contingere ex diuersis accidentibus, vide quæ not *in l. 1. ff. de in ius vocan.* Qua de re ob solam fugam non damnaré, quia † omni tempore de innocentia rei ét confessi, & condemnati quærendum est, si de innocentia cōstat. Et indicia quę oriuntur † contra fugientem extenduntur contra parátem aufugere per reg. idem opera
(22 at "le † indicium"; 23 at "dicit fugam"; 24 at "non damnaré"; 25 at "oriuntur")

26 tur fuga † in actu, sicut fuga in promptu, secundum Bald. *in l. pignoris gratia. C. de pign. act.* Postremo notandum est, quod tradit Brun. *in gloss. circa tertiam. in vers. adde notabilem effectum fugæ & absentiæ*, quod licet quando quis
27 fugit, incumbit † onus probandi accusatori & accusato, tamen quando quis non aufugit, incumbit soli accusatori.

CAP. X.

De pallore, trepidatione & similibus.

SVMMARIA.

1 *Pallor an indicium faciat ad torturam.*

2 *Cordis dispositio magis apparet in facie, quam magis vrgent omnes sensus, quam alias partes.*

3 *Pallore in reo superueniente, quando interrogatur à iudice, ob id reus non torquetur.*

4 *Sapientis animum paulisper moueri, & cotrahi & pallescere necesse est, non opinione mali percepta, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis atque rationis peruertentibus.*

5 *Confidentiæ signum est non pallescere, & non expauescere, cum naturaliter quis expauescere debeat.*

6 *Intellectus* leg. de minore. §. tormenta. ff. de quæstion.

Apal-

A Pallore & similibus oritur † indicium ad torturam secundum Bart. *in l. de minore. ff. de quæstio.* & ratio est secundum philosophos, 1
quia cordis dispositio † magis apparet in facie, quam magis vrgent omnes sensus, quam alias partes. Et vere quid accidit diffuso sanguine aut contracto, vide Gellium *lib. 19. c. 6.* Idem in lege diuina *Nehemiæ cap. 2.* ibi, *quare vultus tuus tristis est, nō est hoc frustra, sed malum nescio, quod in corde tuo est.* Et *Genes. c. 4.* ibi, *cur concidit facies tua.* Sed ex prædictis secundum Brun. non oritur indicium ad torturam, vt per eum *in gl. circa tertiam.* quem multi scribentes sequuntur. Vnde distinguo, si ante delictum quæretur, vt puta si quis visus fuerit pallere, pauere (nam propter temporarios animi motus ante delictū apparentes male præsumitur & torquetur reus) aut aliter vultu moueri, & non appareat causa, si paruo interuallo aliquem occiderit seu vulnerauerit, pręsumitur proposito deliquisse: natura enim comparatum est, vt si quis cogitet delinquere, sitq; in actu proximo delinquendi, vultu moueatur, detq; indicia qualitatis intrinsecæ; vnde oriuntur signa conscientiæ, & sic exteriorib. indiciis cognoscitur affectus animi. Et reuera quid accidit diffuso sanguine aut contracto: nam pudor extra sanguinem diffundit; timor vero contrahit. Et pallor eiusmodi secundum philosophos accidere solet vehementi cogitatu, 2

in ſubito motu, ſanguine ſe ad interiora recipiente. Ex quo fit, vt pudorem rubor, ſic terrorem pallor, ac tremor, & dentium crepitus conſequantur ſecundum Ciceron. *libr. 4. Tuſcul. quæſt.* & etiam euenit propter affectionem, quæ eſt animi aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio, vt lætitia, cupiditas, metus, moleſtia & alia ſimilia, quæ ponuntur à Cicerone *libr. 1. de inuentione, tit. confirmatio.* Si autem poſt delictum ſubito quis appareat ex accidenti pallidus, & non appareat de cauſa, poterit torqueri, dummodo ſint inimicitiæ, vel alia, ex quibus poſſit vltra pal-
3 lorem coniectari: Secus quando reus † interrogatur à iudice, aut aliis perſonis, tunc enim licet palleat, trepidetque, non tamẽ torquebitur. Et ratio eſt, quia pallor & ſimilia contingunt ob diuerſa accidentia: Et primo ob
4 magnitudinem periculi, ſapientis enim † animum pauliſper moueri, & contrahi, & palleſcere neceſſe eſt, non opinione alicuius mali percepta, ſed quibuſdam motibus rapidis & inconſultis officium mentis atq; rationis peruertentibus, vide Gell. *lib. 18. c. 1.* Et licet prædicta poſſint contingere, ẽt conſcientia peccati, tamen in cauſis non vere apparentibus non præſumitur cauſatum: imo ſecundum Orato-
5 res & Philoſophos † poteſt dici eum, qui non expaueſcit, vſque adeo præmeditatum fuiſſe, quid ſibi eſſet vſui futurum, vt cõfidentiſſime reſi-

resistens responderet, quæ signa confidentiæ, non innocentiæ sunt, de quo Cicer. *ad Herenn. lib.2. tit.7.* Et ratio est secundum supradictos auctores, quod quoties homo nō expauescit, cum naturaliter expauescere debeat & soleat, præcogitasse & præsciuisse credi oportet. Et ita potest † intelligi *l. de minore. §. tormenta.* licet Dd. aliter intelligant. *ff. de quæstion.* Item supradicta differunt, quia ante delictum indicant solum deliquisse. Item differunt, quod ante delictum magis vrgent ad indicandum de proposito, quam post delictum ad indicandum de delicto. 6

CAP. XI.

Ne reus per aliqua indicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur.

SVMMARIA.

1. *Reus non conuincitur ob aliqua indicia, vt pœna capitali damnetur.*
2. *Indicia aliqua non sufficiunt ad procedendum ad aliquam pœnam capitalem.*
3. *Nemo debet ex præsumptionibus damnari, sed probationibus luce clarioribus, cum de hominis vita agitur.*
4. *Indicia indubitata non sunt adeo indubitata, quin aduersus ea probari poßit.*
5. *Visus exire cum gladio sanguinolento non habet tam indubitatum contra se indicium,*

cium, vt ex eo damnari poßit, cum esse posſit, quod eo non obſtante non ſolum non occiſor, ſed nec vulnerator fuerit.

6 *Indicia neceſſario non concludunt, quando veritas aliter ſe poterit habere.*

7 *Probatio contra indicia etiam indubitata admittitur.*

8 *Iudices ex indiciis etiã indubitatis quempiam condemnare non debent.*

9 *Conuictus quis aliqua lege dici non poteſt ex indiciis etiam indubitatis.*

10 *Iudices non niſi auditis & penſitatis defenſionibus reorum, iudicare meminerint.*

11 *Dominus dat ſapientiam & conſilium, & qui negligit legem & conſilium eius, perdetur à paruulis & à ſtultis.*

12 *Iudex ex ſeipſo etiam nemine petente debet quarere defenſiones reorum.*

13 *Iudices debent eſſe ſolliciti & curioſi in explorando facto, & defenſionibus reorum & non debent quærere ius ante factum.*

14 *Reus captus an debeat audiri, an vero poßi ſtatim de crimine condemnari?*

15 *Teſtes non publicati non inducunt aliquam probationem.*

16 *Captus ex hoc ſolo, quia captus non debet de crimine damnari, niſi aliter de maleficio cõuincatur.*

17 *Quilibet admittitur ad defendendos reos.*

18 *Iudices cauere debent, ne homicidas quærendo,*

homi-

homicidæ fiant, & ne alios iudicando seipsos condemnent.

19 *Defensio reorum non potest lege Pontificis aut Imperatoris tolli, cum sit de iure naturali.*

20 *Defensioni reus non potest renuntiare.*

21 *Nemo est dominus membrorum suorum.*

22 *Iudicis interest ratione humanitatis & intuitu religionis iustum non occidere.*

23 *Defensionis renunciatio à reo facta, quando à iudice sit admittenda.*

24 *Reus repertus in flagranti crimine, an de facto puniri possit?*

25 *Confessus crimen debet tamen moneri ad faciendum suas defensiones.*

26 *Indicia quamuis vrgentissima non sufficiunt ad damnãdum reũ in crimine capitali, etiam si sint talia, quæ mentem iudicis adeo coerceãt, vt aliter credere non possit.*

27 *Iudex licet viderit homicidium committi, damnare tamen non potest delinquentem, nisi de homicidio fuerit legitime probatum.*

28 *Iudices scire debent per aliqua indicia hominem non posse damnari.*

29 *Indicia, quæ vim plenæ probationis habent in ciuilibus, non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus.*

30 *Iudices non nisi per probationes luce meridiana clariores debent reum condemnare ad mortem, cum in occultis versetur iudicium Dei tantum.*

31 *Iudices huius mundi debent iudicare secundum prudentiam, quæ cadit in hominẽ, relinquendo cetera iudicio Dei.*

32 *Iudex debet iudicare ea, quæ certo scit, non autem per indicia, quamuis vrgentißima.*

33 *Indicijs hominem iudicare exemplo pernitiosum est, cum sæpe per ea innocentes fuerint damnati.*

34 *Indicijs etiã vrgentißimis quis non est damandus capitaliter, sed est torquendus potius, vt possit super certo iudicari.*

35 *Torquendum esse neminem nisi in subsidium probationum, quomodo intelligatur?*

36 *Indubitata legi, debent esse indubitata iudici.*

DIctum est hactenus de indiciis, per quæ reus torquetur, & per quæ non: dicendũ foret ordine scribentium de indiciis manifestis, ob quę non torquentur rei, sed damnatur de quib. indiciis fit mentio ab omnibus. Sed
1 quia sentio ob aliqua indicia † reos non conuinci, vt pœna capitali damnentur, propterea omitto, excutiens propter aliqua indicia non
2 esse † procedendum ad pœnam capitalem:
3 quia nemo debet † ex præsumptionibus condemnari, sed ex probationibus luce clarioribus, cum de hominis vita agatur. *l. fin. C. de probat.* Et alia est ratio in promptu, quia indicia,
4 quæ † scriptores indubitata appellant, nõ sunt adeo indubitata, quin aduersus ea possit probari,

bari, vt in exemplo, si quis visus fuerit exire de loco, qui solum aditum habet, cum ense sanguinolento, quod exẽplum apud scribentes maximum est, & indubitatum, vide Gandin. *in tit. de indic. indubitat.* Sed in contrarium potest argui, quod ille † vulnerauit tantum, 5
& alius exanimauerit, sed fortius esse potest, quod neq; vulnerauit, prout nostris temporibus euenit, quod quidam occidit quendam cum ense, relicto ense fugit: superuenit amicus interfecti, & apprehendit ensem cruẽtum sequens homicidam, captus fuit, fuitq; liberatus, quia in contrarium probauit: & re vera indicia † non concludunt necessario, quando 6
veritas potest aliter se habere, vt supra, vtiq; per indicia huiusmodi rei condemnari non debent. Idem in lege diuina Moysis *Genes. cap. 29. in fin.* Verum in supradictis dupliciter consideratur, vno modo † quando reus vult ali- 7
quid probare, & tunc sine dubio audiendus est, quia prædicta indicia non sunt adeo indubitata, vt supra, licet multi scriptores † con- 8
tra ius & æquum aliter obseruent, & reos tanq̃ conuictos condemnent, quibus potest obiici:

Quod genus hoc hominum? quave hunc tam barbara morem
Committi patria?

Abhorreant igitur hanc opinionem Christiani iudices, tanquam prophanam, nam exordiendo ab orbe condito † iudicia Dei 9

repu-

repugnant,& primo numquid Adam de pec-
cato conuictus fuit apud Deum? numquid
Cain de homicidio? nunquid villicus de ini-
qua villicatione apud Christum? Cui dictum
fuit, redde rationem: nunquid lex vestra iudi-
cat hominem,& nō prius audiuit, seu cogno-
10 uit eum? Meminerint itaq; iudices † non ni-
si auditis & pensitatis defensionibus, reorum
iudicare exemplis, vt supra, quia maiora tradi
non possunt cum Dei sint,& homines ea imi-
tari oporteat, iuxta illud; ne innitaris pruden-
11 tiæ tuæ quia dominus dat † sapientiam& con-
silium, & qui negligit legem & consilia eius,
perdetur à paruulis & à stultis, & qui detrahit
aut addit, mentitur, *Prouerb.c.1.2.3.8.& 12,* Hoc
12 etiā apud multos † Iurisperitos certi iuris est,
quippe fatentur omnes iudicis esse ex se ipso
nemine petente quęrere defensiones reorum
l.si non defendantur.19.ff.de pœnis. Quo pacto er-
go iudices volunt condemnare reos aut con-
uincere per ea, quæ necessario non conclu-
dunt. Et probari potest quid tale, quo proba-
to non damnarentur: ex facto enim ius ori-
13 tur. Quare iudices oportet esse † solicitos, &
curiosos in explorando facto & defensionib.
reorum, & non debent quærere ius ante fa-
ctum. Occurrit hic gl.*in c.fin.de hæret.in 6.*quæ
14 contra † religionem iudicantium tradit reum
captum non audiri, sed posse condemnari,
quam glossam multi iudices sequuntur. Con-

tra

tra quos tamen est ratio concludens, quod te-
stes † non publicati non asserunt, siue inducũt 15
aliquam probationem, per regulam, non di-
citur quicquã probatum; nisi publicato pro-
cessu, *l. solam. C. de testib.* nec sequitur, captus
est; ergo damnari debet, quia in contrarium
est iuris regula, quod ex eo, quod quis sit ca-
ptus † non debet de crimine damnari, nisi ali- 16
ter de maleficio conuincatur: interest enim
reipublicæ, ne innocens puniatur. Vnde qui-
libet admittitur † ad defendendos reos, quia 17
cuilibet debet esse propria humanitas, vt per
Paul. de Cast. *in cons. 168.* Quando magis inter-
est iudicum † quȩrere defensiones reorum, ne 18
homicidas quærendo, homicidæ fiant, & iu-
dicando seipsos condemnent? Sciant cuncti
non Pontificem, † non Imperatorem posse 19
reorum defensiones tollere per suas leges: et-
enim defensiones sunt de iure naturali. *clem.
pastoralis. de re iudic. l. defensionis facultas. 7. C. de
de iure fisci. lib. 10.* Hoc amplius rei † non pos- 20
sunt renuntiare proprię defensioni, est gl. *in l.
pactum inter heredem. ff. de pact.* Ratio reddi po-
test, quia nemo est † dominus membrorum 21
suorum. *l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniur.* aut aliter in-
signiter dici potest, quia interest iudicis † ra- 22
tione humanitatis & intuitu religionis non
occidere iustum. *Exodi cap. 22.* nec aliud genus
renunciationis † iudex admittet, nisi reus di- 23
cat se alias non habere defensiones, & iudex
cogno-

cognoscat reum carere defensionibus. Bal. *in*
l. seruum quoque. ff. de procur. fallit tamen secun-
24 dum aliquos † in reo reperto in crimine, qui
de facto potest puniri, vt in gloss. *l. ictus fusti-*
um. ff. de ijs qui not. infam. Quæ tamen opinio
non placet, quia licet quis confiteatur crimen
25 (quod † est maius) debet tamen moneri suas
facere defensiones, not. *in l. 1. §. si quis in villa. ff.*
ad SC. Syllan. Altero modo cõsiderandum est,
quando sumus in supradictis indiciis, & reus
26 non potest in cõtrarium probare. † Similiter
debet in supradicto casu ad damnãdum reum
in crimine capitali non sufficere argumenta
quamuis vrgentissima. Et si sint talia, q̃ men-
tem iudicantis adeo coerceant, vt aliter cre-
dere non possit, ita dixit Paul. de Castr. *in consi.*
197. quem recitat Cæpoll. *in cons. 6. & 32. crimi-*
27 *nali,* vbi redditur pulchra ratio, ꝙ † licet iudex
viderit committi homicidium, damnare ta-
men non potest delinquentem, nisi de homi-
cidio legitime fuerit probatum, minus potest
damnare, quia credit ita esse per indicia. Hanc
opin. tenuit Brun. *in 5. quæst.* quasi in fine di-
cens esse potuisse, fugientem cum gladio san-
guinolento fecisse ad sui defensionem. Cõtra
tamen rationem Bruni teneo, quia solum tra-
ctatur per supradicta indicia, de cõuincendo
reo de delicto cõmisso, & sic an occiderit? non
aũt si potuit impune occidere. Primo n. quæ-
ritur, si occiderit, postea si occidere potuit: nã
per

per prædicta indicia ambigitur, an occiderit; an potuerit iure occidere, alterius est speculationis. Vnde licet opinio Bruni sit bona, non tamen p prædictā rationem, quæ non cōgruit quæstioni. Sciāt et iudices † per aliqua indicia 28
hominē nō posse damnari exemplo Salomonis, qui licet iudicauerit vni mulieri filiū, non tamen voluit aliam ad mortem condemnare, tametsi essent indicia contra eam, quia indicia, quæ † vim plenæ probationis habent in ci- 29
uilibus, non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus, vt per Innoc. *in c. afferte. de præsumpt.* & Bald. *in l. fin. C. eod. tit.* Et ratio reddi potest, quia iudices non nisi † per probationes 30
luce clariores debēt reū condemnare ad mortem, cum in occultis versetur iudicium Dei tantum. Et iudices † orbis debent iudicare se- 31
cundum prudentiam, quæ cadit in hominem relinquendo cætera iudicio Dei. *Exod. cap. 21.* & iuxta illud; *descendam*, inquit Deus, *& videbo*: dixit enim, *videbo*, tanquam iudex, non tanquam Deus; ita intelligunt omnes. Vnde elicitur iudicem debere iudicare, quia † cer- 32
to scit & per probata legitime ita vt videat & cognoscat sic esse, non autem per indicia, quamuis vt supra, vrgentissima. Exemplo enim † pernitiosum est per talia indicia 33
hominem condemnare, quia contingunt contra homines quædam verisimilia indicia, quæ etiā inficiari non possunt, & multi per ea da-

damnati fuerunt, quos per superuenientiam delinquentium cognitum fuit innocentes
34 damnatos esse. Vnde propter periculum † iudicii tutius esse existimo reũ torqueri, vt possit super certo iudicari. Nec obstant, quę apparent in contrarium, neminem torqueri, nisi in subsidium probationum; quia respõdeo
35 prædictam regulam habere locum, † quando constat de delicto per aliud genus probationis, quam per indicia supradicta, vt puta si per testes fuerit legitime probatum siue in iis, per quæ lex vult condemnare, exemplo *l. si quæ. C.*
36 *ad leg. Iul. de adult.* nam quæ sunt † indubitata legi, debent esse indubitata iudici. *l. si tutor. C. de priuileg. tutor.*

CAP. XII.

De periculo tormentorum.

SVMMARIA.

1 *Tormentis humanitatis, religionis & iurisconsultorum argumenta repugnant.*

2 *Tormentis & quæstionibus non semper fides est adhibenda.*

3 *Tormenta multi populi renuerunt, quia plus mali quam boni ciuitatibus attulerunt.*

4 *Tormenta & quæstiones nisi certis in rebus interponi antiqui voluerunt.*

5 *Iudices abhorrere debent tormenta, nec facile ad ea prosilire, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indiciis.*

6 *Indicia sufficientia ad torturam cognosci possunt, licet de eis non possit tradi certa doctrina.*
7 *Indiciorum loci & origo remissiue.*
8 *Indicia ad torturam debent esse talia, vt suspectus sit reus, & aliis argumentis, ita probationi admoueantur, vt sola confessio deesse videatur.*
9 *Confessioni rei ne credant iudices, licet sæpius ratificatæ, nisi ipsa confessio fuerit per signa declarata.*
10 *Torquendi arbitrium iudices sibi arrogare non debent, quia nullum arbitrium habere possunt, nisi pro reo.*
11 *Intellectus* l. quæstionis modum. ff. de quęst.

TOrmentis † humanitatis, & religionis, nec 1
non Iurisconsultorum argumenta repugnant, inprimis exordiendo ab orbe condito exempla fori diuini non desunt. Etenim absque tortura reos aut condemnatos aut liberatos fuisse cõstat. Deinde secundum Iurisconsultos † quæstionibus fidem non semper, non 2
tamen nunquam habendam, constitutionib. declaratum: etenim res fragilis est, atq; periculosa, & quæ veritatem fallit. Nam plerique patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt veritas ab eis exprimi nullo modo possit. Alii tanta sunt impatientia vt in quouis mentiri, quam pati tormenta velint.

lint. Et ita fit, vt etiam vario modo fateantur, & non tātum se, verum etiam alios criminen-
3 tur. *l.1.ff.eod.* Quamobrem multi populi † tormenta renuerunt, quia plus mali, quam boni ciuitatibus attulerint, & eorum pernitie plures innocentes q̄ nocentes damnauerint. Et hodie in regno Aragoniæ non torquētur rei.
4 Præterea legitur maiores † voluisse nisi certis in rebus interponi quæstiones, cum quæ vere dicerentur sciri, quæ falso in quæstione pronunciarentur, refelli possunt hoc modo. Quo in loco quid positum sit, & si quid esset simile, q̀ videri aut aliquo simili signo percipi possit, vide Cicer. *lib.1.ad Heren.* Quamuis supradictæ sententiæ verba vetustis in codicibus aliter ac
5 in nouis legantur. Reliquum est ergo, vt † iudices aut abhorreant tormenta, aut non facile ad ea prosiliant, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indiciis: & licet (vt dicunt omnes) non possit dari certa do-
6 ctrina: potest tamē dari † aliqua via ad cognoscendum indicia sufficiētia ad torturam. Bart.
7 *in l.fi.ff.eo.tit.* De locis & origine † indiciorum dictum est superius, per quos videre est, quid in quacunque re verum sit, & quid verisimile aut probabile. Et maiori ex parte vnusquisq;
8 coniector est veri. Sed vltra † prædicta, indicia debent esse talia ad torturam, cum suspectus est reus, & aliis argumentis, ita probationi admoueatur, vt sola confessio deesse videatur. Et con-

confeſſioni ne credant iudices, licet ſæpius ratificatæ, niſi dicta confeſſio fuerit per ſigna declarata, de quibus ſignis dicetur infra *ca.39.* quod eſt maxime notandum in hac materia. Eſt & communis error iudicum † putantium 9
torturam eſſe arbitralem, quaſi natura corpora reorum arbitrio ſuo ad lacerandum crearit. Contra quos dico quod quando eſſet ſimpliciter arbitrium (quod tamen non cõceditur) tale arbitrium reduceretur ad ius commune ſecundum Angel. *in l. 1. ff. de teſtam. milit.* Et omnes ſcribentes conſentiunt. Vlterius dico, quod iura loquentia de arbitrio intelliguntur contra accuſatorem, non contra reum, videlicet iudicem poſſe deſiſtere & ſuperſedere à tortura propter periculum & fragilitatem torturę, non autem excedere modum, de quo lex diſpoſuit, *vt in l. 1.* ibi, *quando vel quatenus faciendum ſit, videamus. ff. eo. tit.* Et ita † intelligitur 10
l. quæſtionis modum. eod. titul. dicente Iuriſconſulto, ibi, *itaque quæſtionem haberi oportet, vt ſeruus ſaluus ſit innocentiæ vel ſupplicio.*

CAP. XIII.

De non torquendo reo, niſi conſtet de delicto.

SVMMARIA.

1 *Ad tormenta non eſt deueniendum, niſi conſtet de homine mortuo, & de cadauere, & vulneribus.*

2 *Cadaueris & eius vulnerum inspectio spectat ad peritos, & non ad iudices propter periculum iudicandi.*

3 *De ictu & vulnere standum est in arte peritis: & ad hoc duo requiruntur medici, licet de consuetudine stetur dicto vnius.*

4 *Contra latrones proceditur ad torturam, licet de delicto non constet. Et quæ sit ratio?*

5 *Confitens occidisse aliquem an sit damnandus, si non constet de corpore vel id non sit verisimile?*

6 *Torquere aliquem si non constet delictum, exemplo pernitiosum est, quod etiam procedit in accusatis de furto & veneficio.*

1 IMprimis sciendum est non deueniri † ad tormenta; nisi constet de homine mortuo, & cadauere, nec non de vulneribus, & quæ mortifera sint, & quæ nõ, & in qua parte corporis, & quo genere armorum. Et talis inspe-
2 ctio † spectat ad peritos, licet à multis iudicibus fiat, quæ tamen fieri non debet propter periculum iudicandi, cum vel damnentur secundum ictum suum, in puris tamen rixis, &
3 de ictu † standum est in arte peritis. Hoc amplius duo requiruntur medici, licet de cõsuetudine stetur dicto vnius, vide Bart. & Hipp. *in l. fin. ad l. Cornel. de sicar.* Abstineant igitur iudices maleficiorum à tali prophana consuetudine, vt dictum est supra *de indiciis.* In quibus-

busdam tamen † casibus licet regulariter tor- 4
queri, nec ét inquiri possit, nisi constet de delicto, proceditur ad torturam, vt puta in latrones, qui abscondunt cadauera, eiiciendo in flumina aut mare. Vnde si reus † confitea- 5
tur occidisse aliquos ignotos, damnabitur, licet non appareat corpora fuisse interempta, vide Brun. *in gloss. sexto principaliter*. Vbi dicit fuisse iudicatum in ciuitate S. Limitat tamen hoc non obseruari, quando non esset verisimile propter distãtiam loci vel bonam famam criminati. Sed ego in hoc casu dico, reum non damnari, nisi constet de certa persona, & indiuiduo, vel saltem constet de certis signis, quia delictum debet verificari, vt infra dicetur, *de verificanda confessione*, vt puta de vestimentis vel pecuniis ademptis occiso. Exemplo enim pernitiosum est † torquere, nisi con- 6
stet delictum. Legitur enim seruum M. Agrij argentarii insimulatum occidisse Alexãdrum Titi Fannii seruum, eoque nomine tortum, confessum facinus, supplicio affectum, paruulo tamen tempore interiecto, ille, cuius de nece creditum erat, domũ rediit, vide Valerium Maximum *lib. 8. de quæst. c. 4.* Et quod dictum est de homicidio, extende ad furta, licet hoc tempore iudices statim, ꝙ aliquis dicit sibi aliquid furto subtractum, torqueant suspectos. De tali errore vide Bru. *in gl. circa quartã.* Idem si quæstio erit veneficii, cõstare debet veneno necatum.

CAP. XIV.

De non torquendo reo, nisi formato processu.

SVMMARIA.

1 *Processu non formato non deuenitur ad tormenta, & an id procedat in manifesto, & notorio criminoso & inuento in flagranti crimine.*

2 *Accusatus vel inquisitus si recuset respondere accusationi vel inquisitioni potest torqueri etiam sine indiciis ad eruendam responsionem, vt possit procedi.*

3 *Reos ter interrogatos non respondentes accusationi perinde ac confessos Brutus damnauit, cuius tamen opinio non est seruanda.*

4 *Rei ad torturam ducti, & interrogati quid sciant de tali re, si respondeant dixisse: & interrogati quid dixerint, respondeant esse scriptum, & aliud respõsum dare nolint, an possint torqueri, donec iudicialiter respondeãt.*

1 NOn formato processu † non deuenitur ad tormenta, nisi in manifesto & notorio criminoso & inuento in flagranti crimine, quo casu de facto ꝓceditur. Et secũdum multos scribentes ex hoc solo dicuntur esse cõuicti, & de facto possunt puniri. *arg. l. 1. §. 1.* & quæ ibi not. C. *de rapt. virg.* & gl. *in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infam.* Sed hæc opinio non placet, quia licet quis confiteatur crimen, debet tamen moneri suas facere defensiones, prout di-

cetur

dicetur infra *de confeßione spontanea*. Eo magis in supra dicto casu, & in quocunq; alio oportet formare processum, antequam deueniatur ad torturam: fallit tamen, quando reus inquisitus † siue accusatus recusat respondere 2
accusationi siue inquisitioni: tunc enim torquetur, etiam sine indiciis non ad eliciendam confessionem, quia non formato processu nihil agi oportet, sed ad eruendam responsionem affirmatiuam, siue negatiuam, vt possit procedi, vide Bald. *in l. si accusare. C. qui accusari non poss.* Sed volunt aliqui reos recusantes respondere, tanquam confessos damnari. Legitur Brutum reos † ter interrogatos non re- 3
spondentes accusationi, perinde ac confessos damnasse, vide Plutarchum *in vita Publ. in principio.* Sed hæc Bruti opinio non est obseruanda, nisi forte in reo criminoso, vel in inuento in flagranti crimine. Sed aliquando cõtingit, ꝙ postquam acceptũ est cõstitutum à reis † de 4
plano, si ducũtur ad torturã, & interrogãtur, quid sciãt de tali re, respõdẽt dixisse. Interrogati quid dixerint, respondẽt esse scriptũ, & alij d responsũ nolũt dare. Hoc casu q̃uis indicia sint leuia, poterunt tamẽ torqueri, donec respondeãt iudici, quia tenẽtur respõdere, & replicare. Simile cõtingit hoc an. in quibusdã incendiariis, ex quorũ respõsione, accedẽtib. quoq; non aliis leuib. indiciis, extraordinaria pœna condemnati fuerũt, ꝑtore M. A. G. P. V.

CAP. XV.

De non torquendo reo, nisi publicato processu & exhibita copia indiciorum.

SVMMARIA.

1 *Reus torqueri non debet, non publicato processu.*

2 *Testes nõ publicati non inducunt aliquam probationem concludentem, quia eorum dicta possunt per oppositiones minui, ac tolli per aliam probationem etiam contrariam.*

3 *Indiciorum copia debet dari à iudice ante torturam, licet iudices captos statim torqueri hodie iubeant, quorum obseruantia nulla lege nititur.*

4 *Reus ex eo, quia captus, non debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio cõuincatur.*

5 *Reus ante torturam est audiendus, quia potest tale quid probare, quo probato non deueniretur ad torturam.*

6 *Cautius est agendum in causis criminalibus, quam in ciuilibus, & in eis forma iudicij est fortius obseruanda.*

7 *Iudex tenetur inquirere de conditione testis, licet pars non dicat.*

8 *Indiciorum exemplum dari debet reo opponere volenti.*

9 *Papa aut Imperator non potest facere aliquam legem, per quam tollantur defensiones reorũ.*

10 Iu-

10 *Iudex tenetur ex officio dare copiam indiciorum reo, licet ipse eam non petat.*

11 *Iudicis interest ratione humanitatis & intuitu religionis indefensum non occidere.*

12 *Iudex non admittet aliquod genus renuntiae defensioni per reum factae, nisi vere iudex cognoscat reum nullas habere defensiones.*

NOn publicato processu † reus non tor- 1
quetur, quia non dicitur quicquam probatum, nisi publicato processu. *l. solam. C. de*
test. nam testes non publicati † non inducunt 2
aliquam probationem concludentem, quia dicta eorum possunt per oppositiones minui, aut tolli per aliam probationem, etiam contrariam. Quare secundum omnes iudex † te- 3
netur dare exemplum indiciorum ante torturam; hodie vero iudices reis captis non exhibent indiciorum exemplum & procedunt ad torturam. Sed haec opinio in iure vndique refellitur, & ego senio confectus, nunquam inueni aliquam legem siue rationem pro tali obseruantia, nam non sequitur: captus est; ergo torqueri siue damnari debet, imo ex eo
quod quis † sit captus, non debet de crimine 5
damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur.
Quamobrem reus † audiri debet, quia potest 6
quid tale probare, quo probato non deueniretur ad torturam: potest enim reus opponere siue in contrarium probare, vtique audien-

dus est, quia sequeretur absurdum, quod substantialis modus & forma iudicii opponendi testibus nō seruaretur in causis criminalibus,
6 in quibus tamē cautius est agendū, † quam in ciuilib. & secundum ipsos iudices tolli debet de corpore iuris supradicta *l. solam. C. de testib.* vbi est casus, quod ex dictis testium ante publicationem non fit probatio. Præterea iudex
7 tenetur † inquirere de conditione testis, licet pars non dicat, notat. *in ca. per tuas. extr. de te-*
8 *stibus.* Eo magis debet † dari exemplum indiciorum reo opponere volenti, quia tam testes quam dicta testium debēt esse explorata reo, cum oppositiones sint de iure diuino, & audacter dixi nullam reperiri legem pro dictis iudicib. quia nec pontifex, nec imperator
9 potest † aliquā legem cōcedere, per quam tollātur defensiones reorum, cū defensiones sint de iure naturali, vt supr. de indiciis, vbi teneo,
10 iudicem teneri ex officio † dare exēplum indiciorum, licet pars non petat, quia reus non potest renūciare propriæ defensioni. vide gl.
11 *in l. pactum. ff. de pactis.* Et interest iudicis † ratione humanitatis & intuitu religionis indefensum nō occidere, *Exod. c. 22.* Quare iudex non
12 admittet aliquod † genus renuntiæ, nisi reus dicat se alias non habere defensiones, & reuera iudex cognoscat eū carere defensionibus. Et hæc obseruantia multum placet, vide Bal. *in l. seruum quoque. ff. de procurat.*

De

Cap. XVI.

De non torquendo sine indiciis etiam in crimine læsæ maiestatis.

Summaria.

1 *Torqueri non debet reus non præcedentibus indiciis, alias iudex punitur, licet per talem torturam reus repertus fuerit commisisse crimen obiectum.*

2 *Illicitum si quis committat, ab illicito pœna non excusatur, licet tale illicitum ad optimum finem peruenerit.*

3 *Indiciis non præcedentib. si inquisitio formetur, & reus confiteatur, & ratificet, damnari tamen non poterit.*

4 *Confeßio nulla non confirmatur per indicia superuenientia post quæstionem habitam, secus si sponte confiteatur, nam tunc sine indiciis damnabitur.*

5 *Iudex debet esse promptior ad torturam in delictis, quæ occulte committuntur, præcedentibus tamen aliqualibus indiciis.*

6 *Casus, in quibus deueniri potest ad torturam sine plenis indiciis.*

7 *Reus ob contumaciam bannitus, si postea capiatur, poterit sine aliis indiciis torqueri.*

8 *Torqueri licet reus consentiat, iudex eum torquere non debet sine indiciis.*

9 *Rei teneri possunt in casibus, in quibus possunt torqueri.*

10 Iudi-

10 *Iudices an, quando desunt indicia contra aliquem, procedere poßint per sortilegia.*

1 SIne indiciis reus † non torquetur. Vnde iudex, qui non præcedentibus indiciis reum torquet, puniri debet, licet per talē torturam reus repertus sit commisisse crimē obiectum: & ratio est, quia iudex delinquit in officium
2 & contra naturam officii, & quando † aliquis committit illicitum, ab illiciti pœna non excusatur, quamuis tale illicitum peruenerit ad optimum finem, vide Bald. *in l. obseruare.* §. *proficisci. ff. de offic. præsid.* Et simile legitur exemplum Torquati, quoniam bello aduersus Latinos cum esset consul, filium suum securi percuti iussit, qui speculatum ab eo missus, ne pugnaret interdictus, hostem à quo prouocatus fuerat, occidi, & ipsi naturę prętulit ius interdicti maiestatis atq; imperii. Vide Cicero. *de finibus in vers. accurate.* Item quando indicia
3 non † præcedunt, & inquisitio formatur, licet reus confessus fuerit, & postea ratificauerit, non poterit tamen damnari, quia ab initio fuit illicitum. Et cōfessio non cōfirmatur per
4 indicia † superuenientia post quæstionem habitam, gl. est *in l. maritus. ff. eod. tit.* de qua gaudet Bald. *in l. fin. C. de accusat.* Secus autem, si reus spōte & sine tortura cōfessus fuerit, quia tunc sine indiciis damnabitur; vt dicetur infra *de spontanea confessione.* Sed secundum aliquos

quos in prodimentis & tractatibus, qui fiunt ſecreto, propter probationis difficultatem deuenitur ad torturam ſine indiciis, vide Bru. *tract. 5.* Concluſiue dic, quod in ſupradictis caſibus † & generaliter in delictis, quę occulto 5
committuntur, & de ſui natura ſecreto perpetrantur, vtputa adulterium, ſimonia, ſodomia, veneno aliquem necare, monetam falſificare, & maleficiis de nocte commiſſis, iudex debet eſſe promptior ad torturam, pręcedentibus tamen aliqualibus indiciis, ſed ſine indiciis nunquam: & ratio eſt, quia in dictis caſibus non inueniuntur teſtes. *l. ſi cum exceptio. ff. quod met. cauſ.* At apud Plutarch. *in vita Marcelli* legitur Capitolinũ condemnatum fuiſſe ob Sodomiam, licet nullus teſtis adfuiſſet, ſed ſolũ animaduerſione pudoris, lachrymarum inuenis ad iudices acciti. Sunt & alii caſus † in 6
q bus torquetur ſine indiciis, vt puta ſi de furto conſtat, poſſunt cuſtodes torqueri. Item ſi hoſpitanti in aliquo hoſpitio aliquid ſublatũ erit, & ignoratur à quo, familia hoſpitis poterit torqueri, niſi hoſpes fuerit bonæ famæ, vide Bart. *in l. 1. ff. de præfecti vigil. offic.* Sed conſiderando prędictos caſus, omnino non carent indiciis, licet non ſint plena, & talibus caſibus proceditur per qualia indicia, vt ſupra dictum eſt. Eſt & alius caſus ſecundum ſcriptores, in quo torquetur reus, & ſine indiciis, quorum verba ſunt videlicet, quando accuſatus † vel 7
inqui-

inquisitus, quia non comparuit, fuit positus in banno propter cōtumaciam: nam si postea comparet, quando vult purgare contumaciā, & respōdere, quod forte hoc ei à statuto permittitur, poterit tunc quęstio haberi sine aliis indiciis, vide Brun. *in gl. quinto principaliter.* & Hippolyt. *in §. diligenter. nu. 136.* Sed animaduerte hanc opinionem esse falsam, *& solum habere locum in reo capto, secus in se sponte præsentante,* primo quia indicium absentiæ tollitur per præsentationem rei, *argum. l. diuus. ff. de in integr. restit.* Secundo quod lege permittente fit, iure fieri videtur: iudex enim non debet plus oneris imponere, quam lex; & mens iudicis debet esse conformis legi, vt per Bal. *in l. 2. C. si pendent. appell.* & Deuteron. *cap. 12.* Tertio quia absentia potest cōtingere ex diuersis accidentibus, & de absente (lege concedente) non est male præsumendum, quia de iis, quæ conceduntur, iudex non debet male præsumere. *l. si tutor. C. de priuil. tut.* Deniq; non debet quis per solam cōtumaciam torqueri cum nec possit exulare. *l. raptor. C. de episc. & cler.* vbi plus dicitur, quod licet reus absit, nō damnatur tamen, si contra eum non fuerit probatum delictum. Et intellige hoc in reo se præsentante in termino legis, secus quando reus fuerit captus, quia tunc poterit torqueri. Vl-
8 terius licet reus † consentiat se torqueri, iudex tñ non debet eum torquere sine indiciis, vide

infra

infra *in tit. quæ personæ torqueri possunt, & quæ non.* In casibus tamen † in quibus rei torqueri 9
non possunt, terreri tamen possunt, vide Bal. *in l.2.C.de custod. reor.* Sed aliqui iudices, quando desunt indicia † procedunt per sortilegia 10
& similia, licet per hæc nec et inquiri possit. Legitur tamen Claudium Cæsarem mori iussisse Appium, quia Messalina somniasset ei intulisse vim, vide Sueton. *lib.5. ca. de pœn. per eum innocentibus ob leues suspiciones illatis.* Quod indicium tãquam prophanum non est dignum foro principum.

CAP. XVII.

De non torquendo per indicia, nisi plene probata, & quomodo probentur.

SVMMARIA.

1 *Indicia debent esse probata in genere suo, aliter per ea non proceditur ad torturam.*

2 *Indicia in genere suo debent esse clara, & perfecta & plene probata.*

3 *Signa leuia in hæresi sufficiunt ad torturam, ea tamen debent plene probari.*

4 *Indicia debent esse plene probata per testes reddentes ratione dicti sui et nõ interrogatos qui testes et de circumstantiis sunt percunctandi.*

5 *Interrogatoria in criminalibus sunt à iudice ex se testibus deponentibus facienda, nec debent omitti, cum sint de iure diuino.*

6 *Iudex examinans testes ad offensam, eos debet*

bet interrogare de toto negotio, vnde poßit explorare reorum innocentiam: nam testes debent deponere de vtraque parte.

7 *Indicium remotum à maleficio per duos testes probari debet, proximum vero & immediatum per vnum, quod si per duos probetur, non indicium sed plenam facere probationem.*

8 *Indicium proprie non est, quod facit vnus testis de visu, sed semiplena probatio.*

9 *Testes inducti ad probandum indicia an debeant esse omni exceptione maiores.*

10 *Indiciorum gradus vt cognoscantur, non est recedendum à locis oratorum.*

11 *Testes plures singulares super diuersis indiciis deponentes an coniungantur ad faciendam probationem, vt oriatur indicium ad torturam?*

12 *Indicia imperfecta vbi tendunt ad diuersa tota non coniunguntur ad probationem faciendam, secus si tendant ad vnum totum.*

1 INdicia debent esse probata † in genere suo, aliter per ea non proceditur ad torturam, sicuti in criminalibus probationes debent esse luce clariores ad condemnandum; ita & in-
2 dicia † in genere suo debent esse clara & perfecta & plene probata per regulam, quod eadem est ratio de toto, quoad totum, quæ est de parte, quoad partem, & econtra. *l. qua de*
3 *tota. ff. de rei vendic.* Quare licet in † aliquibus leuia

leuia signa sufficiant, vt in hæresi, oportet tamen illa plene probari. Vide Innoc. *in c. sicut. de Simon.* Item debent esse probata † per testes 4
reddentes rationem dicti sui, etiam non interrogatos, licet multi contradicant. Item per testes bene interrogatos à iudice de circumstantiis, per quas veritas haberi possit, quia iudex debet formare interrogatoria ex seipso. vide Bald. *in consi.276.* Et ego consueui † dice- 5
re, interrogatoria esse de iure diuino, & non omittenda à iudice, vt in exemplo Danielis in testibus contra Susannam. Occurrit hic maximum vitium † iudicum, qui in exami- 6
nando ad offensam nō interrogant testes totum negotium, vnde possent explorare innocentiam reorum, cum testes debeant interrogari, & deponere pro vtraq; parte, vt supra dictum est. Sciendum est etiam, quod duo requiruntur † testes pro quolibet indicio re- 7
moto à maleficio, siue mediato ipsi maleficio; secus in iis, quæ ex maleficio oriuntur, in quibus sufficit vnus testis; quæ si probarentur per duos, non facerēt indicium, sed plenam probationem, vnde secundum † aliquos id quod 8
scribentes indicium appellant, vt puta vnus testis de visu non est proprie indicium, sed semiplena probatio, quia directe probat maleficium. Hæc opinio placet, licet quod Iurisconsulti dixerunt, sit idem reipsa. Sed difficultas est, an testes † ad probandum supradi- 9

 cta,

cta, debeant esse omni exceptione maiores? 10 vt supra dictum. Ad cognoscendum † autem gradus indiciorum non est recedendum à locis oratorum, videlicet quæ sunt attributa negotio, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in gestione negotii considerantur, partim adiuncta negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur. Dictum est supra indicia probari per duos testes: sed sæpe 11 quæritur, an testes plures singulares † super diuersis indiciis deponentes coniungantur ad faciendam probationem, vt indicium ad torturam oriatur? Vnde primo considerandum est, si species probationum sunt in sua specie imperfectæ, vtputa vnus testis deponit de veritate, vnus de fama, vnus de indicio, hęc probatio non valet, quia non est in sua specie perfecta. Secundo quotiens fiat probatio indicij per vnum testem, vbi requiruntur duo, ex iis, non oritur aliquod indicium perfectum: quia vnũ quodq; per se est imperfectum, & diuersę species imperfectæ non probant; quia ex pluribus non augetur effectus, cum non veniant ad interrogationem vnius speciei. Sed alij senserunt contra, vide Hip. *in §. diligenter. nu. 149.*

12 Sed conclusiue, quando indicia † imperfecta tendunt ad diuersa tota, non coniunguntur vt supra. Sed quotiens tendunt ad vnum totum, tunc coniunguntur, vt puta vnus testis deponit Titium percussisse Caium, hic est v-

nus

nus testis super indicio: alius dicit vidisse eundem Titium sanguine aspersum, & euntem ense euaginato. Alius inquit vidisse exeuntem recto tramite & gradientem nemora versus. Per hæc enim & similia indicium oritur sufficiens ad torturam, vide Brun. *in gl. circa secundum*. Sed secundum aliquos ex supradicto exemplo Bruni oritur plena probatio ad cõdemnandum; quia vnus testis de visu est semiplena probatio, & reliqua coniuncta faciunt aliam semiplenam. Quare exempla dari debent indiciorũ per se imperfectorum, vt coniuncta faciant vnum indicium perfectum ad torturam: Idem secundum Oratores tum ex singulis, tum ex cõuictis argumenta certa nascuntur, vide Cicer. *lib. 2. de inuent. tit. 2. de can. coniect. in fin.* Sed aliqui dixerunt tunc coniungi, quando testes singulares sunt personę condignæ, & quotiens dicta indicia, si essent probata per 2. testes, sufficerẽt ad torquendum, aliter non coniungi, licet dicta indicia tendant ad vnum totum, quia sunt imperfecta numero & qualitate testium.

CAP. XVIII.

De non torquendo, licet sint indicia probata, si aliter veritas haberi potest.

SVMMARIA.

1 *Tormenta haberi non debent, si alia leuiori*

vel veriori via veritas haberi potest, licet indicia præcedant.

2 *Tortura grauior est pœna, quam vtriusq; manus abscißio.*

3 *Iudex antequam torqueat reum tenetur declarare veritatem aliter haberi non posse.*

4 *Appellari non potest ab interlocutoria in criminalibus, nisi quotiens ad torturam proceditur: nam ad eam stante appellatione non procedetur.*

1 NOn est deueniendum † ad tormenta, si alia leuiori vel veriori via potest haberi veritas, licet præcedant indicia: iudicem enim omnia experiri oportet, antequã ad tormen-
2 ta ipse perueniat: namq; tortura † grauior est pœna, quam vtriusq; manus abscissio. Præter-
3 ea secundum multos antequam iudex † torqueat reum, tenetur declarare, veritatem aliter haberi non posse, vide Gandin. *d. quæst. in princ.* Et notandum est in criminalibus ab in-
4 terlocutoria † appellari non posse, nisi quoties ad torturam proceditur, & stante appellatione non procedetur. *l. ante sententiam ff. de appellat. recip.* Vnde valde errant iudices, qui non seruata supradicta forma procedunt ad torturam. Et omnis confessio erit nulla.

CAP.

CAP. XIX.

De non torquendo in causis ciuilibus nisi in casibus, neq; in criminalibus pro parua re.

SVMMARIA.

1 *Tortura vtrum in causis ciuilibus adhiberi possit?*

2 *Mercatores falliti possunt torqueri, vt indicent pecunias, scripta & alia credita.*

3 *Tortura non adhibetur in causis criminalibus leuis præiudicij, licet legitima præcedant indicia, & an pro talibus vilis persona possit torqueri.*

4 *Viles personæ pro re parua torqueri nō possunt.*

5 *Leuia delicta quæ dicantur?*

6 *Fur an possit occidi pro parua re.*

IN causis ciuilibus † non torquetur, nisi 1
quando causa continet in se turpitudinem, & crimen annexum habet: vel quod agatur ciuiliter ex aliquo delicto, & quod veritas aliter haberi non possit. Quare mercatores † fu- 2
gitiui seu decoctores, & (vt ita dicam) falliti possunt torqueri, vt indicent pecunias, scripta & alia credita, vide Bald. *in c. cum dilectus. de appellat.* In causis criminalibus leuis † momen- 3
ti non torquetur, licet legitima præcedant indicia: limitant tamen aliqui, vilem personam pro leui re posse torqueri. testatur §. *oportet. in*

 auth.

auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. Sed hæc opinio non placet, cum pœna non debeat esse maior
4 delicto, & licet ius † præsumat cõtra viles personas, non propterea consequitur pro re parua torqueri posse, nec doctrina, quam testan-
5 tur, hoc dicit. Quæ autem dicantur † delicta leuia, notat. *in l. leuia. ff. de accusat.* Conclusiue delictum dicitur leue, quãdo de re parui mo-
6 menti agitur, & iura quæ † dicunt furem posse occidi, non habent locum in parua re. *l. si ex plagis. ff. ad leg. Aquil.*

CAP. XX.

De non torquendo reo, quando sint plenæ probationes.

SVMMARIA.

1 *Iudex si habeat plenas probationes vel manifesta indicia, reum damnat & non torquet.*

2 *Iudex si torqueat reum testibus conuictum, & ille negando perseueret, postea propter aliquas probationes non poterit damnari, licet aliqui veterum contrarium obseruauerint.*

DIctum est supra reum non torqueri causa indiciorum non legitime cõstantium:
1 Superest scire † reum nõ torqueri sed damnari, quãdo iudex habet plenas probationes vel manifesta indicia contra eum: sed de iis indiciis dictum est supra in tit. ne reus per aliqua indicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur.

tur. Et supradicta intellige, quando probationes sunt luce clariores & non sunt sublatæ per defensiones rei. Sed si iudex torserit reum qui † perseuerauerat negando, non poterit 2
eum postea cõdemnare propter aliquas probationes, quamuis luce clariores, & ratio reddi potest, quia rei constantia in tortura dictas probationes debilitauit, vide Alber. de Rosat. *in l. edicto. ff. eo. tit.* At apud antiquos aliter obseruabatur: nam legitur Alexandrum Fannij seruum septies tortum pernegasse, sed perinde atque confessum à iudicibus fuisse damnatum. Idem legitur de Philippo seruo Fuluij Flacci octies torto, quem nullum emisisse verbum constat, vide Valerium Maxim. *lib. 8. de quæst. c. 4.* Sed antiquorum opinio non est obseruanda, & opinionem Alberici omnes obseruant in Italia: Quidam tamen iudices extraordinarie puniuerunt.

Cap. XXI.

Quæ personæ torqueri possunt, & quæ non.

Summaria.

1. *Torqueri possunt tam mares, quam fœminæ, & omnes qui non sint iure excepti.*
2. *Minor 25. annis non potest torqueri, nisi ei sit datus curator.*
3. *Contra minorem doli capacem sine curatore de obseruantia communi proceditur.*

4 *Vtilis Reipubl. non torquetur, nisi in criminibus atrocibus.*

5 *Surdus & mutus à natura non possunt torqueri, nec etiam damnari, nisi ex dictis testium.*

6 *Mulier prægnans non torquetur, sed expectatur, vt pariat, & post partum supersedetur per 40 dies, & si dubitetur, an sit prægnans, obstetrices & medici sunt cōsulendi, quos sufficit de credulitate deponere.*

7 *Medici quando in criminalibus examinati debeant deponere de veritate, & quando de credulitate?*

8 *Valetudinarij torqueri non possunt, si morbus talis sit, vt torturam pati nequeant sine periculo vitæ vel corporis.*

9 *Minor 14. annis non torquetur, sed ferula ceditur, vt veritas sciatur, non vt damnetur.*

10 *Minor ætas in quibus casibus non excuset, quin reus torqueatur?*

11 *Senes seu decrepiti non torquentur, nec alias corpore imbecilles. & nu. 12.*

12 *Ætas senilis & decrepita quæ dicatur?*

13 *Decuriones & eorum liberi, milites, Doctores & Aduocati propter dignitatem torqueri non possunt: hodie tamen hoc non obseruatur.*

14 *Rei sponte se tormentis supponentes, sine indiciis torqueri nō debent. Idem si accusator & reus petant se torturæ subijci.*

15 *Testis vacillans torquetur, alias secus: & quando dicatur vacillare?*

16 Te-

16 *Testis vacillans, seu aliter de falsò conuictus in causa ciuili æque punitur, ac in causa criminali.*

17 *Viles personæ & exercentes viles artes an non admittantur in testes, nisi cum tortura?*

18 *Testes celeriter respondentes, antequam totus articulus eis legatur, præsumuntur falsi, & an ex hoc poßint torqueri?*

19 *Testis qui dicit vnum in iudicio, & aliud extra iudicium, incidit in falsum, vt saltem torqueri poßit.*

20 *Testis si vnum dicat in iudicio, & aliud extra iudicium, cui dicto standum sit?*

21 *Mercatores fugitiui & decoctores torquentur, vt indicent scripta, & pecunias sibi datas ad negotiandum.*

22 *Accusator & accusatus in crimine falsi possunt torqueri, modo sint indicia.*

TOrqueri possunt † tam mares, quam fœminæ, & demum omnes, nisi sint à iure excepti. *l. edicto. ff. de quæst.* Infra scriptas autem personas per leges exceptas accepi, & hoc ordine intelligemus, quæ personæ torqueri possint. 1 Minor natu 25. annis † licet sint indicia legitima ad torturam contra eum, non poterit torqueri, nisi ei fuerit datus curator. Hoc amplius, non cogetur respondere inquisitioni sine curatore, & si responderit, processus erit nullus. Vlterius confessio facta per eum 2

ſine curatore erit nulla, vide Hippol. §. *nunc videndum. nu. 31.* Gandin. *ſub rubric. de alijs quæſtionibus vari.* & ita dicunt obſeruari: hodie vero per illuſtriſſ. Venetos, multaq; Italiæ loca non obſeruatur. Et quando delinquens eſt
3 doli capax † proceditur contra eum ſine curatore. Prædicta obſeruantia defenditur bonis iuribus. Vide Bald. *in cap. 1. §. ſacramenta. de*
4 *pace iuram. firm. in vſibus feud.* Vtilis † reipublicæ non torquetur, vide Hippol. *in leg. edicto. ff. de quæſtionib.* vbi multos ponit caſus: Limita tamen, quod aliquod priuilegium non habet locum in criminibus atrocibus, ſicuti in crimine læſæ maieſtatis ſiue veneficii. Sur-
5 dus & mutus à natura, licet † indicia ſint contra eos, non poſſunt torqueri, nec etiam damnari, niſi ex dictis teſtium, vide Brunum *in gloſſ. quarto principaliter.* Mulier prægnans
6 non † torquetur, ſed expectatur vt pariat, & poſt partum non poteſt torqueri infra 40. dies. Et ſi ante torquetur, confeſſio non valet, vide Hippol. *in §. nunc videndum. num. 48.* Et iudex quoties dubitatur, an ſit prægnans, debet conſulere obſtetrices & medicos, quos ſufficiat deponere de credulitate, licet ſecundum aliquos debeant deponere de veritate.
7 Sed dic, quod in morbis † qui vere cognoſci poſſunt, vtputa in febre, quæ ex pulſu & vrina cognoſci poteſt, tunc periti tenentur deponere de veritate, aliter de credulitate, vide Pa-

de Parid. de Puteo *in tract. de syndicat. c. officialis.* Valetudinarii siue qui morbo † aliquo laborant, torqueri non possunt, si talis est morbus, vt torturam pati nequeant sine periculo vitæ seu corporis, vide Bald. *in consil. 275.* in quo consulit per medicos videri torquendum, cum iura exigant tale moderamen, vt tortus sanus seu saluus innocētiæ siue supplicio conseruetur. Minor † natu 14. annis non torquetur, ferula autem potest terreri, vt veritas sciatur, non autem vt damnetur. Sed in quibusdam casibus minor ætas † non excusat, quin torqueatur, vt in crimine læsæ maiestatis & in proditoribus & similibus, *leg. fin. Cod. ad SC. Syllan. & l. desertorem. ff. de re militar.* Senes seu decrepiti † non torquentur *l. 3. § ignoscitur. ff. ad SC. Syllan.* Quæ autem † dicatur senilis ætas & decrepita, scriptores se remittunt ad supradictam legem, ex qua tamen nihil elicitur de prædicta ætate: imo aliqui interpretando eam tenent contrarium. Sed dic, quod sicut impuberes propter minorem ætatem torqueri non possunt, æque & senes propter imbecillitatem torqueri non debent. Simile supradictum est de muliere pregnante & similibus. Et hæc conclusio satis probatur *in l. 1. C. qui ætat. liber. lib. 10.* Et conclusiue senes dicuntur, qui sunt annor. 70. qui excusantur à tutela. *l. 2. C. de excusat. tutor.* Specul. *in titul. de testib. § nunc tractandum.* Sed iudicio

8 9 10 11 12

meo,

meo in hac materia tormentorum ſpectanda eſt qualitas perſonæ torquendæ: multi enim ante ſupradictum tempus propter corporis imbecillitatem ſeneſcunt: quare concurrente ſupradicta aut ſimili cauſa etiam infra dictum tempus nō torquebitur reus, nam multi propter imbecillitatem & infirmitatem in
13 tormentis perierunt. Decuriones † & eorum liberi, milites, Doctores & aduocati propter dignitatem torqueri non poſſunt, vide Hippol. *in* §. *expedita*. hodie vero per illuſtriſſ. Venetos & per totam Italiam prædicta priuilegia non obſeruantur & conſueuit aliter iudicari. De tali conſuetudine vide Odofred. *in*
14 *tract. de quæſt.* Rei licet ſponte † ſe ſupponant tormentis, non debent tamē ſine indiciis torqueri. Et quia ſæpe accuſatores, quando nequeunt probare, inſtāt ſe & accuſatos torqueri, nō debent tamen torqueri, licet ambæ partes conſentiant: & rationes non deſunt, primo quia nemo eſt dominus membrorū ſuorum, & per conſequens non poteſt quis committere ſe percutiendum ſiue torquēdum, ſecundo quia ea, quæ ſunt meri imperii, non poſſunt facto priuatorum dirimi & concedi. *l. priuatorum. C. de iuriſd. omn. iudic.* Teſtis non
15 torquetur † niſi vacillet: & dicitur vacillare, quando modo ait, modo negat, ſeu quando conuincitur per alios teſtes cōtrarium deponentes. *l. is, cui. ff. de quæſt.* nihilque refert, an

cauſa

causa sit ciuilis vel criminalis, quia testis † va- 16
cillans siue aliter de falso cõuictus in causa ci-
uili æque punitur, ac in causa criminali. Viles
personæ † & exercentes viles artes non ad- 17
mittuntur in testes, nisi cum tortura. Vide A-
zon. *in auth. de test. §. si vero ignoti.* Sed hæc opi-
nio non est vera. *l. diuus. ff. de quæst.* Possunt ta-
men torqueri, quando vacillant, seu quando
in mendacio conuincuntur, seu quando ten-
tant corrumpere veritatem, vel quãdo spon-
te eunt ad testandum. Sed hoc postremũ ob-
seruarem in qualibet persona per regulam di-
uinam: *testis spontaneus concinnat linguam suam
mendacio.* Præterea testes, qui repentine & ce-
leriter † respondent, antequam totus articu- 18
lus eis legatur, præsumuntur falsi, & alii testes
eis præferuntur, casus est singularis *2. quæst. 5.*
Sed an possint torqueri, ambigitur, & sentio
ex hoc solo, non posse torqueri. Et secũdum
sententiam diuinam: qui prius respondet, q̃
audiat, stultum se esse demonstrat & confusio-
ne dignum. *Prouer. c. 17.* Item testis, qui † dicit 19
vnum in iudicio, & aliud extra, incidit in fal-
sum, & saltem potest torqueri per doctrinam
Bart. *in l. eos. ff. ad leg. Iul. de fals.* Sed dic contra;
nam standum est secundo dicto in iudicio fa-
cto † cum iuramento, non autem primo sine 20
iuramento. Bald. *in l. fin. C. de testi.* Secus quan-
do cum primo concurrit aliqua præsumptio,
quia tunc statur primo dicto. Rom. *in cõs. 405.*
Sed

Sed & hæc opinio non placet; absurdum enim est primum dictum sine iuramento præualere secundo dicto cum iuramento. Et sentio hoc casu neutrum dictum valere. Primum dictum non valet, quia non iuratum: Secundum dictum non valet propter præsumptionem contrariam, & propter variationem te-
21 stis. Mercatores fugitiui † & decoctores, id est, falliti torquentur, vt indicent pecunias sibi datas ad negotiandum. Item vt indicent scripta & alia similia, vide Alex. *in cons. 77.* Parid. de Put. *in vers: in causa n. 2. fol. 263.* Accusator & ac-
22 cusatus † in crimine falsi possunt torqueri, modo sint indicia ad torquendum, vide Bald. *in l. pen. C. ad leg. Corn. de fals.* vbi dicit hoc esse notandum.

CAP. XXII.

De non torquendis clericis & de priuilegiis eorum.

SVMMARIA.

1 *Clerici multa habent priuilegia in materia torturæ.*

2 *Clerici infames, vel deprehensi in delicto torquentur, alias secus.*

3 *Mutilati membris vel aliqua parte corporis vitiati in criminali causa, an contra clericos admittantur?*

4 *Testis non idoneus dicitur, qui laborat morbo animi, non corporis.*

5 *Tortura in clericos an non debeat esse ita seuera, sicut contra laicos?*

6 *Testis*

6 *Testis clericus vacillans non torquetur propter dignitatem.*

7 *Clerici in omni delicto sunt fauorabiliores laicis, & indicia, per quæ conuincuntur laici, contra clericos nihil operantur.*

8 *Per quæ male præsumitur de laicis, bene præsumitur de clericis.*

9 *Laicus deprehensus domi pulchræ mulieris, est manifestus adulter, maxime si probetur aliquod signum venereum, secus in sacerdote.*

10 *Sacerdos amplexans mulierem, præsumitur facere causa benedicendi.*

11 *Religiosis magis creditur, quam laicis in omni probatione facienda, & in quocunq; alio.*

12 *Testes inhabiles inhabilitate iuris positiui vt periuri & criminosi possunt à Papa ad testificandum habilitari.*

13 *Papa vel Imperator non potest concedere priuilegia, vel condere legem contra dispositionem iuris naturalis.*

CLerici infinita † habent priuilegia in hac 1
materia torturæ, & hæc pauca ex pluribus collegi. Primo non possunt † torqueri, et- 2
iam existentib. quibuscunq; vrgentib. indiciis contra ipsos, nisi ipsi sint alias infames secundum Alex. *in l. fin. ff. de quæst.* sed deprehensi in delicto possunt torqueri, vide Panormit. *in c. cum non ab homine. de iudic.* secundo in causis criminalibus mutilati membris † vel aliqua 4
parte

parte corporis vitiati, non ſunt idonei teſtes nec poſſunt teſtificari contra ipſos, vide Hip. *in §.nunc videndum.nu.52.* Sed animaduertendum eſt hoc nullibi legi. Et teſtis nõ idoneus
4 dicitur, qui † laborat morbo animi, non au-
5 tem corporis. Tertio clerici † non ſunt torquendi, & ſi torquentur, tortura non debet eſſe ita ſeuera contra eos, ſicut in laicos, vt per Alber.*in cap.in contemplatione.extra, de reg.iur.* Sed ſupradicta opinio nulla bona lege probatur & non eſt aurib. hominum digna. Quarto
6 clericus teſtis † inductus ſi vacillat in dicto ſuo non torquebitur propter dignitatem, licet laicus torqueatur. *l.presbyteri.* C. *de epiſ. & cler.*
7 Quinto in omni delicto † clerici ſunt fauorabiliores, quam laici, & indicia, per quæ conuincũtur laici, nihil operãtur contra clericos.
8 Hoc amplius per † quæ male præſumitur de laicis, bene præſumitur de clericis, & exempla
9 non deſunt, nam ſi laicus † deprehenditur domi pulchræ mulieris, eſt manifeſtus adulter, licet ſecundum recentiores debeat probari aliquod ſignum venereum: hoc tamen fal-
10 lit in ſacerdote † ſiue presbytero, qui ſi amplexetur mulierem, præſumitur facere cauſa benedicendi. Sed ab hac benedictione liberet nos Deus, vide Brun.*in gloſſ.circa quartam.* In
11 omni probatione † facienda & quocunq; alio negotio magis creditur religioſis quam laicis. text.eſt & ibi Abb.*in c.in noſtra.de procur.* Bald.
in d.

ind.c.in fi. Et secundum communem opinionem Dd. Papa non solum potest concedere supradicta priuilegia, sed etiam potest habilitare † inhabiles, vtputa periuros & criminosos ad testificandum, ita per omnes not. *in cap. testimonium. de testib.* Qua de re præscripserunt sibi priuilegia ampliora, quàm laici in cœlo & in terra. Aduerte tamen, & sic limita supradictum cõclusionem non habere locum, quando inhabilitas prouenit ex dispositione iuris naturalis; quoniam nec Papa † nec Imperator possunt condere leges contra dispositionem iuris naturalis. *c. per tuas. de Simon.* facit & singulare dictum Innoc. *in c. sciscitatus. de rescript.* quod dictum refert Angel. *in leg. cum prætor. ff. de iudic.* dictum est supra *in tit. ne reus per aliqua indicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur,* vbi indistincte tenui contrarium, videlicet quod inhabiles non possint habilitari per Papam siue Imperatorem ad testificandum.

12 13

Cap. XXIII.

Quomodo & quo moderamine procedatur ad tormenta.

Summaria.

1 *Reus non debet à iudice torqueri, nisi ad instantiam accusatoris; sed de cõsuetudine contrarium obseruatur.*

2 *Iudex à nouis tormentis abstinere debet.*

3 *Iudex quando reum torquere vult, debet tria*

M con-

considerare, qualitatem criminis, tormentorum & personæ rei.

4 *Iudex debet ostendere torquendum medicis, vt moderate eum torqueat.*

5 *Tormenta sunt moderate adhibenda.*

6 *Iudex immoderate torquens an excusetur, si tortus ad instantiam ipsius iudicis confessus fuerit se fuisse legitime tortum.*

7 *Tortura debet constare in processu, aliter ex brachiis rei cognoscetur.*

8 *Carcer est species torturæ.*

1 ANtequam reus † torqueatur, debet iudex per accusatorem requiri, ad cuius instantiã habenda est quæstio, aliter nõ potest reum torquere, vide Bal. *in c.1.§.iudices.de pace iuram. firm.* Et omnes scribentes in hac materia consentiunt: attamen hoc tempore per totam Italiam iudex nõ expectata requisitione accusatoris reum torquet. Et ratio reddi potest, quia iudex ex officio potest prosequi & facere ea, q̃ accusator facere posset. Bart. *in l.1.ff.de publ.iud.*
2 Imprimis abstineat iudex à nouis † tormentis: nam pleriq; reos angũt siti, fame: quidam immittunt aquã per nares: quidam ponunt taxillum in pede. De iis & aliis vide Bru. *de quæst. in princ.* Item iudex † debet tria considerare,
3 primo qualitatem causę seu criminis, secundo qualitatẽ tormẽtorum; nam si sufficiunt tormenta leuia, nõ sunt inferẽda grauia. Tertio qualitatem personæ: aliter enim torquentur robu-

robusti, aliter imbecilles. Et secũdum aliquos debet ostendere torquendum † medicis, quia 4 debet vti tali moderamine, vt reus tortus, sanus seu salus innocentiæ seu supplicio cõseruetur, vide Bal. *in cons. 271.* Demum consideret iudex, q̃ hominem torquet, pro quo (vt Apostolico vtar verbo) non metuit mori Christus & adhibeãtur † tormenta moderate, vt ratio- 5 nis temperamenta desiderant, nam iudex immoderate torquens grauiter punitur. Occurrit hic cautela Bruni † dicentis, si iudex inde- 6 bite torserit aliquẽ, facit reum confiteri, quod fuit legitime tortus, de quà confessione faciat notarium rogatum, vide eam gloss. *in fine.* Contra tamen teneo, primo in † processu 7 constare debet de tortura, & si non constabit, ex brachiis rei cognoscetur. Deinde confessio rei in potestate iudicis, vbi agitur de interesse eiusdem, non præiudicat, quia carcere detenti, vt liberarentur locis atris, omnia bona verba faterentur, & confessio eiusmodi æquipollet confessioni metu tormentorum: cum carcer sit † species torturæ. Quare iudex non 8 excusabitur cautela prædicta, si immoderate torserit reum. Quia vltra prædicta præsumptio est contra ipsum iudicem, quod sicut reum illicite & immoderate torsit, ita & illicite fecerit eundem confiteri. text. est bonus *in l. penult. ff. de quæst.* secundum vnam lecturam, quam ibi tenet Bart.

CAP. XXIV.

Quo tempore & à quibus incipiat tortura.

SVMMARIA.

1 *Tortura inferri potest omni tempore, dummodo delictum sit atrox.*

2 *Tormentorum ordo quis sit?*

3 *Tortura an sit incipienda à debiliori, an vero ab eo qui verisimiliter scit veritatem?*

4 *Pater & filius si sint correi, à filio incipienda est quæstio.*

5 *Nomen turpe habens, primo est torquendus.*

1 OMni tempore rei † torqueri possunt, etiam diebus feriatis & in honorem Dei, dummodo delictum sit atrox, vide Bald. *in l. 1. C. de episc. & cler.* Iul. Clar. *q. 64. n. 34.* Tormen-
2 torum † autem ordo est eiusmodi secundum multos, videlicet si plures sint rei, incipien-
3 dum † est à debiliori, vide Angel. *de quæst.* Sed contra incipiendum est ab eo, qui magis scit veritatem. Clar. *d. q. 64. nu. 29.* & qui verisimiliter dicet eam: deuenitur enim ad torturam pro habenda veritate, vtiq; qui magis scit, debet primo torqueri, licet iudices cõsueuerint incipere à debiliori. Vnde euenit, quod habetur confessio incerta tum ob non plenam scientiam facti, tum ob debilitatem torti; Verum si rei pares erunt in delicto, tunc incipiendum à debiliori. Et ita intelligũtur iura loquen-

quentia de hac materia. *l.quoties. C.de naufrag. lib.10.l.1.§. idē diuus.ff.de quæst.& l.vnius facinoris. ff.eod.tit.* Itū quotiens pater & filius † sunt correi, à filio incipiendum est, & torqueatur in conspectu patris. *l.isti quidem.ff.quod met. caus.* Vnde transit in prouerbium apud Oratores; *Torque filium, fatebitur pater.* Et dicunt aliqui, quod quando † sunt plures torquendi, & vnus eorum habet turpe nomen, initium potest ab eo fieri, vide Hip. *in l.1.ff.de quæst.* Dias *in princ. cap.7.* Et licet varie loquantur scribentes in similibus: dic esse incipiendum, vt supra conclusum est. Hip. *in praxi, in §.expedita.nu.52.*

CAP. XXV.

Per quot dies, & quanta tortura afficiatur reus.

SVMMARIA.

1 *Tortura an & quando poßit repeti?*

2 *Modus tormentorum erit iuxta qualitatem indiciorum.*

3 *Reus pro quolibet sufficienti indicio an poßit ter quassari?*

4 *Repetitio torturæ non debet excedere tres vices, ne in infinitum procedatur.*

5 *Tortura reduci debet ad tres dies separatos, & pro qualibet vice reus debet habere tres eleuationes & depositiones.*

6 *Tortus vltra tres vices dicitur tortus immoderate, & videbitur fateri vi & cruciatu tormentorum.*

7 *Repetere reum in tortura si iudex intendat, debet in actis interloqui, quod supersedet à tortura incepta, sed non perfecte data.*

8 *Indicia noua quæ dicantur?*

9 *Tortus relaxatur, si accusator, dato sibi termino ad probandum, & deducendum quicquid intendit, nil probauerit.*

10 *Reus ter solum debet in tortura repeti, sed antiquitus, ex causa octies repetebatur.*

11 *Confeßio facta in tormentis sine legitimis indiciis, sicut non valet, ita confeßio facta ob tormenta repetita, quæ repeti non debuerunt, non valet.*

1 SI reus primo † fuerit satis tortus, nunquam potest repeti, nisi superueniant indicia de nouo, vide Aretin. *in verb. fama publica, col. 12.* Iul. Clar. *quæst. 64. nu. 46.* Sed alii dicunt, quæstionem toties repeti, quoties iudici videbitur. vide Bart. *in l. vnius. §. 1. ff. de quæst.* Sed dic,
2 quod iuxta qualitatem indiciorum † erit tormentorum modus: nam sicut indicia suos gradus habēt, ita & tortura plures gradus habet, vt supra dictum est. Vnde dixerunt aliqui
3 pro quolibet † sufficienti indicio posse reum ter quassari, & sic obseruari per totā Italiam, vide Hippol. §. *nunc videndum. num. 52.* sed recentiores dicunt, quod quando indicia sunt vrgentia, iudex semel torquebit reum; sed si essent multum vrgentia, tunc fieret repetitio.
4 Sed hæc repetitio non debet † excedere tres

vices,

vices, ne in infinitum procedatur, Hippol. *in l. repeti. ff. de quæst.* & sic quæstio † reducetur ad 5
ternarium numerum, videlicet ad tres dies separatos, Hippol. *in prax. §. quoniam, nu. 8.* & pro vice qualibet debet habere reus tres (vt ita dicam) saccatas seu eleuationes & depositiones, & rei torti † vltra ternarium numerum dicũ- 6
tur torti immoderate & videbuntur fateri vi & cruciatu tormentorum, vt *in l. repetitio. ff. de quæst.* Et quoties iudex intendit † repetere reũ 7
in tortura, debet interloqui in actis, quod supersedet à tortura incepta, sed nõ perfecte data, vide Brun. *quæst. 5. in fin.* vbi tractat, quando superuenientibus nouis indiciis torqueatur reus. Indicia autem † noua differunt specie vel 8
substantia, sicuti dicetur in materia probationum, quod super nouis licet probare, etiã post didicitã testificata. Et noua indicia sunt, siue procedatur ex dicto torti, siue aliter, notat. *in l. per hanc. C. de temporal. appellat.* Item quoties iudex † torserit reum, si nõ superuenerint in- 9
dicia aliqua noua, dabit terminum accusatori, in quo probare & deducere debeat, aliter elapso ipso termino, & accusatore aliud non probante, ipsum reum relaxabit. De hoc stylo vide Angel. *in verb. fama publica. colum. vlt.* Dictum est reum ter solum † in tortura re- 10
peti debere: Antiqui vero octies torquebant. Legitur seruum Fannii septies, & Philippum Fuluii Flacci, octies fuisse tortum,

vide Valer. Maxim. *lib. 8. de quæst.* Sed dic vt su-
11 pra. Et hoc amplius, sicut confessio facta † in tormentis sine legitimis indiciis non valet, ita confessio facta ob tormenta repetita, quæ repeti non debuerunt, non valet, notat. *in l. penult. ff. de quæst.*

CAP. XXVI.

De interrogationibus faciendis in tormentis.

SVMMARIA.

1 *Iudex quo pacto debeat interrogare reum in tormentis, ne videatur suggerere, siue procedatur super inquisitione, siue super accusatione?*

2 *Reus in tortura est de se interrogandus, non de aliis.*

3 *Reus in tortura si de facto proprio interrogetur, aliquæ circumstantiæ an sint exprimendæ?*

1 CONsiderare debet iudex † quo pacto interroget reum in tormentis, cum agatur de vita hominis, & ne videatur suggerere. Imprimis à reo peti debet secũdum multos, quis maleficium fecerit, non autem, si maleficium fecerit, vide Gand. *de torment.* Sed in hac materia varie scriptum est, vnde distinguendum esse existimo: aut iudex processit ad torturam super generali inquisitione, videlicet super inquisitione generali quoad personam, quã-
do

quando proprie nescitur delinquens & tunc iudex debet interrogare reum, quis maleficium fecit, non nominando aliquam personam, quia foret suggestio, & ita intelligitur *l.1.ff.de quæst.* Aut iudex procedit per specialem inquisitionem vel accusationem contra certã personam, & tunc si torquetur quis vti testis, interrogetur, si inquisitus aut alius maleficium commiserit, quomodo & quando & qua in parte corporis, quo loco, & quo die. Sed iudex interrogando eum, non exprimat aliquam circumstantiam aut qualitatem, nec dicat quicquam de commisso maleficio, nec in qua parte corporis percussit, nec quicquã de facto, seu dicto, pro quo dicto seu facto torquetur reus, alioquin non dicetur iudex interrogare, sed suggerere. Sin autem torquebitur † vti principalis, debet interrogari de 2
se, & non de aliis, & similiter debet interrogari in genere, postea ad speciem descendendo, videlicet ad nomen tantum offensi, non vlterius quicquam interrogando, nec ad alias facti circumstantias procedendo: nam si iudex interrogaret, si percussit talem in tali loco, & tali via, & tali parte corporis, foret suggestio. Multi quoque dixerunt propter periculum suggerendi iudices rectius procedere, si interrogabunt, si aliquod maleficium commisit, non aliquem nominando vel vlterius interrogando, vide Aret. *in verb. fama publica.* Cyn.

in l.fin.C.de accusat. idem *lib.Moysis.cap.4.Geneseos*, ibi, *vbi est Abel frater tuus?* & *cap.7.Iosuæ*, ibi, *atq; indica quod feceris.* Sed de consuetudine,
3 quando rei † interrogantur de facto suo proprio, possunt interrogari de homine mortuo, dũmodo non exprimãtur aliquæ circumstantiæ, videlicet nõ exprimẽdo aliquod dictum, seu factum, pro quo dicto seu facto torquetur reus, vt supra dictum est.

CAP. XXVII.

De interrogationibus faciendis in tormentis reo confesso.

SVMMARIA.

1 *Tortus & confessus de se, an & in quibus possit interrogari de sociis sine indiciis.*

2 *Latrones, falsatores monetæ, & mandatarij possunt in tortura interrogari de consociis, idq; procedit etiam in sex aliis casibus.*

3 *Latrones de se confessi interrogantur de sociis mandatoribus & receptatoribus.*

4 *Seruus torquetur, vt indicet consocios, maxime quando sumus in atrocioribus, vel in nece domini, nam interrogatur, quo mandante id fecerit, & qui sint participes.*

5 *Tortus confessus de se potest interrogari de sociis in omnibus delictis, quæ verisimiliter non committuntur sine socijs.*

6 *Torti & confessi de se de consuetudine totius Italiæ in omni casu de socijs interrogantur.*

7 Iu-

7 *Iudex non expectata requisitione accusatoris hodie reum torquet.*

8 *Confessus crimen, de quo erant indicia, an possit interrogari de delictis etiam eiusdem generis, de quib. non extat indicia contra eum?*

QVæritur, an tortus † & confessus de se 1
possit interrogari de sociis sine indiciis?
Dic non interrogari, Brun. *quæst. 3.* nisi latrones, monetæ falsatores † & mandatarii, qui 2
etiam torquentur, vt manifestent socios, seu mandantes, & sic in reliquis casibus, qui sunt sex secundum Gandin. *in tit. de quæst.* Menoch. *de arbitr. cas. 474. n. 27.* videlicet primo latrones † de se confessi interrogantur de sociis 3
mandatoribus & receptatoribus, Brun. *d. loc. nu. 22.* secundo falsatores monetæ: tertio seruus † torquetur, vt indicet consocios. Quarto 4
propter atrocitaté malefici interrogantur, vt supra. Quinto seruus de nece domini de se confessus interrogatur quo mandante: sexto seruus qui magnas fraudes commisit in rationibus domini potest interrogari, qui sint participes. Sed prædictis † addo regulam genera- 5
lem, quod tortus de se confessus potest interrogari, de sociis in omnib. delictis, quæ verisimiliter nõ cõmittuntur sine sociis. Sed de consuetudine † totius Italiæ rei interrogantur de 6
sociis in omni casu, vide Belluis. *in tit. de qq. col. 2.* sed neoterici limitant habere locũ prædicta in inqsitione; secus in accusatione, quia iudex nõ debet onerare accusatoré, ad cuius instãtiã

torquet accusatum. Sed hæc opinio non placet, † quia hodie iudex non expectata requisitione accusatoris reum torquet, vide Bart. *in l.1.ff.de public.iudic.* Iul.Clar. *q.74.nu.26.* Po-
8 stremo quæritur, an confessus † crimen, de quo erant indicia, possit interrogari de delictis etiam eiusdem generis, de quibus non extant indicia contra eum? Clar. *d.loco,nu.4.* Et secundum omnes interrogari nequit. At ijs temporibus, per totam Italiam aliter obseruatur, præsertim in furtis, vide Angel. in tit. de tortura; prædictam tamen consuetudinem multi limitant, videlicet si non præcessit infamia generalis, vt puta quod sit magnus latro, tunc non posset interrogari, vide Brun. *q.5.in fin.* Et hæc opinio est obseruanda.

CAP. XXVIII.

De nominato per tortum torquendo vel non.

SVMMARIA.

1 *Nominatus per tortum ex hoc solo non torquebitur, sed solum inquiretur; fallit in casibus, in quibus reus interrogari potest.*

2 *Indicium quando oriatur ex dicto torti sine aliis indiciis.*

3 *Homo malæ famæ an aliis non concurrentibus possit torqueri ex solo dicto torti?*

4 *Nominati per tortum quando sine aliis indiciis possint torqueri & quando non?*

5 Tor-

5 *Tortus an iurare debeat facta nominatione in tortura.*

6 *Nominatio debet esse in tortura, aut deposito statim reo de tortura, aliter ea non valet.*

NOminatus per tortum † ex hoc solo non 1
torquebitur, sed solum inquiretur: & ratio reddi potest, Mascard. *conclus. 1311. num. 52.* quia rei imputando cogitant habere subsidium: fallit tamen in casibus, in quibus potest reus interrogari, quia in dictis casibus crimen obiectum satis est ad torquendum criminatum, vide Angel. *in verb. fama publica.* Hipp. *in §. diligenter. nu. 59.* sed nonnulli asserunt, etiam in prædictis casibus non procedi ad torturam, nisi præcedant aliqua indicia, saltem præsumptiua contra criminatum, vtputa conuersatio cum torto, & similes qualitates. Item quod ex qualitate torti siue ex persona criminati verisimile sit non mentiri & similia: in casibus tamen, in quibus versatur probationis † difficultas, oritur indicium ex dicto 2
torti siue aliis indiciis, dummodo is, cui crimen obiicitur, sit malæ vitæ, intelligendo etiam quod ex dicto torti oritur indicium contra criminatum, quando est malæ famæ etiam vltra casus exceptos. Sed de hoc dubitatur, licet quis sit † malæ famæ, aliis tamen non con- 3
currentibus non torquetur; & ratio est, criminis obiectionem per tortum, de eo factam indi-

indicium inducere nullum, cum interrogari non debuerit. Ergo quod inde ſequitur, lege prohibente non valet, ſed de cōſuetudine aliter obſeruatur, vide Gand. *in tit. de quæſt.* Ex ſupradictis autem ſcribentes videntur potius confundere, quam concludere, quia non videtur differentia inter caſus exceptos, & non
4 exceptos. Quare dic, quod in caſibus † exceptis, in quibus interrogantur rei de ſociis etiam ſine indiciis, & de quibus caſibus dictum eſt in antecedenti tit. In dictis caſib. nominati per tortum poſſunt torqueri ſecundum ſcribentes, etiam quod nulla extent indicia. Sed tu dic, quod torquentur, dummodo ſint qualia qualia indicia: in aliis vero caſibus non torquentur nominati, niſi fuerint indicia idonea & ſufficientia. Quæritur etiam, an reus debeat
5 iurare † facta nominatione in tortura? & multi conſentiunt, vide Hipp. *in §. diligenter. nu. 62.* Sed hæc opinio non placet, vide Marc. Anto. Blanc. *nu. 283.* Et nota, quod nominatio debet
6 eſſe † in tortura, aut ſtatim depoſito reo de tortura, aliter non valet, vide Menoch. *de arbitr. caſu 474.*

CAP. XXIX.

De confeſſione ſpontanea.

SVMMARIA.

1 *Confeßiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, ſi alia non concurrant.*

2 Con-

2 *Confeßionum alia spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis.*

3 *Confeßio quando dicatur spontanea, & quomodo debeat ratificari?*

4 *Notarius non debet scribere reum sponte fuisse confessum, quando adest aliquis terror.*

5 *Confessus sponte an poßit statim sine vlla defensione damnari?*

6 *Confessus sponte potest damnari ex quolibet et inordinato pcessu, & sine indiciis præcedẽtib.*

7 *Confessus spõte in aliquib. casib. non damnatur.*

8 *Reus non torquetur, si de corpore non constet, nec procedi potest per inquisitionẽ, aut accusationẽ, nec spõte cõfessus hoc casu damnatur.*

9 *Casus, in quibus reus torquetur, licet de corpore non constet.*

10 *Confeßio facta coram iudice incompetenti, licet non plene probet, facit tamen indicium ad torturam coram suo iudice.*

11 *Confeßio extraiudicialis licet non sufficiat ad condemnandum, sed solum ad torquendum tamen confitens potest extraordinarie puniri, tanquam de delicto se glorians.*

12 *Confessus per stoliditatem non dicitur conuictus nisi perseuerauerit, idem in confeßione nuda, & sine causa vel ab irato facta.*

13 *Confitẽs se occidisse ad sui defensionem, si id non probet, an ad mortem damnari poßit.*

14 *Offendentis qualitas demonstrat animum fuisse vel non fuisse offendendi.*

15 *Mores boni faciunt præsumi pro reo, mali vero mores contra reum.*

16 *Responsio rei dicentis, si feci, feci ad meam defensionem, in criminalibus non est admittenda.*

17 *Responsio rei dubia parit indicia contra eum, quia videtur velle iudicem fallere.*

18 *Confeßio spontanea an ratificetur?*

1 CONfessiones reorum † pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si alia iudicis religionem probatio instruat nulla. *l. 1. § diuus. 17. ff. de quæst.* sed sciendum est, confessio-
2 nem varie concipi: Est enim alia † spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis, de quibus singulariter dicetur. Spontanea con-
3 fessio † dicitur, quando reus sine tormentis & minis, alioque actu fatetur contenta in inquisitione, & tunc notarius scribet eum sponte confessum, & aliter non: nam quando est ali-
4 quis † tenor, non debet scribere reum sponte fuisse confessum, postea post triduum ducatur reus ad banchum iuris, vbi legetur confessio rei, & interrogabitur, si dictam suam confessionem ratificare velit monendo eum de sui vita agi. Contra tamen fere omnes sentiunt cõfessionem eam non ratam haberi, imo reum sine alia perseuerantia damnari, secus in confessione facta in tormentis, siue metu tormentorum, vide *d. l. 1. ff. de quæst. & l. de his. C.*

de cu-

de custod.reor. Vlterius secundum alios sponte confessus † pōt sine vlla defensione statim damnari, Clar. *q.65.* tamē tutius est reum monere, vt seipsum defendat, & sic dari terminum. Et ratio est, quia reus potest reuocare confessionem, vel eam declarare, vide *in cap.cum dilectus.de accusat.* Et confessionis spontaneæ † vis erit eiusmodi, vt reus possit damnari ex quolibet quamuis inordinato processu. Item licet nulla præcedant indicia, tamē ob sponte confessionem factam poterit reus damnari: secus autem si per torturam siue etiam aliquē torturæ metum reus confessus fuerit; tunc enim quando desunt indicia, nullo modo damnabitur, licet perseuerauerit. In confessione sponte facta † in aliquibus casibus iudex non damnat. Primo, quando non constat de corpore, de quo inprimis constare debet iudici, aliter reus † non torquetur, imo non proceditur nec per inquisitionem, nec per accusationem, quia talis solemnitas requiritur ab initio, Boss. *tit.1.num.14.* Quia omissa omnia, quæ sequuntur, sunt ipso iure nulla ob omissionem substantialis modi: nam quotiens solemnitas datur pro fama, eius omissio etiamsi esset leuis, tamen vitiat actum, vide *in c.quoniam frequenter, vt lite non contest.* Sunt tamen casus, † in quibus torquetur, licet non constet de corpore, Brun. *q.62. part.1.n.12.* de quo supra *tit.20.* Secūdo, in cōfessione impossibili

N siue

5
6
7
8
9

ſiue non veriſimili: tertio in confeſſione inci-
denter, & non principaliter facta: quarto in
confeſſione tempore inhabili, videlicet quã-
do lapſum eſt tempus, poſt quod non inquiri-
tur ſiue accuſatur, quod eſt poſt an. 20. niſi in
partu ſuppoſito, vel quando falſis medicami-
nibus partum impediuit, vide *ſing. 3. de accuſ.*
Quinto quando contra confeſsionem aliter
iudicatum fuit. Sexto in confeſsione facta co-
ram iudice carẽte iuriſdictione: & differt à iu-
10 dice incompetenti. Namq; confeſsio † coram
eo iudice, licet non plene probet, facit tamen
indicium ad torturam coram ſuo iudice, vide
Bal. *in l. magiſtratib. ff. de iuriſd. om. iud.* Clar. *q. 21.
n. 32.* Et ratio eſt, quia confeſsio extraiudicialis
facit indicium ad torturam: Ergo cõfeſsio co-
ram iudice incõpetenti, tanq̃ confeſsio extra-
iudicialis debet facere indicium coram ſuo iu-
dice, licet Bart. tenuerit contrarium. *l. diuus ff.
de cuſtod. reor.* Notandum eſt, quod licet con-
11 feſsio † extraiudicialis non ſufficiat ad conde-
mnandum, ſed ſolum ad torquẽdum: attamẽ
confitens poteſt puniri extraordinarie, tan-
quã de delicto ſe glorians. Hipp. *in §. poſtquam.*
Septimo in cõfeſsione facta virtute gratiæ ſi-
bi promiſſæ per iudicẽ. Octauo in confeſsio-
ne coram notario non habente commiſsionẽ
à iudice, vel corã iudice ſolo nõ in figura iudi-
cii, & hoc caſu nõ plene ꝓbat, facit tñ indiciũ
ad torturã, vide Iaſ. *in d. l. magiſtratib.* Nono ſi
quis

quis vltro † ſponteq; confitetur per quandam 12
ſtoliditatẽ, non cõuincitur per talẽ confeſsionẽ: & ratio eſſe põt, confitentẽ non videri eſſe in plenitudine intellectus, cũ ita ſpõte, & ſine vllo metu ipſe confiteatur. Idẽ in confeſsione nuda, & ſine cauſa. Itidẽ in cõfeſsione facta ab irato, quę calore iracundiæ non valet: ſecũdo votũ: tertio iuramentũ præſtitũ ab irato non obligat, & ita intelligitur *l. quidquid calore. ff. de reg. iur.* Hipp. *in §. poſtquã. n. 6.* Rom. *in ſing. 514.* Occurrit hic quæſtio, quam ibi ponit Hipp. videlicet ſi quis † confitetur occidiſſe, ſed ad 13
ſui defenſionem, non probato eo, quod ad ſui defenſionẽ ſpectauerit, ſi non erunt aliæ probationes contra eum propter talem cõfeſsionem non damnabitur ad mortem. Contrariũ tenuit Bart. *in l. Aurelius. ff. de liber. leg.* vide Iaſ. *in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur.* Sed ipſe in prædictis diſtinguo; videlicet ſi talis confitens non conſueuerit delinquere, neque habuerit cauſam ſe vlciſcendi, tali caſu tenerem cum Hip: quia ex prædictis lex bene præſumit pro reo; ſed prædictis non concurrentibus tenerem cum Bart. Et præcipue conſiderandum eſt, ſi occiſus erat offenſus. Nam eo caſu videtur contra eum præſumptio culpæ, & ſic exiſtimabitur voluiſſe vlciſci ſe; licet fuerit occiſus, concurrente maxime qualitate perſonæ: Nam qualitas offendentis † demonſtrat 14
animum fuiſſe aut non fuiſſe offendendi.

siue non verisimili: tertio in confessione inci-
denter, & non principaliter facta: quarto in
confessione tempore inhabili, videlicet quã-
do lapsum est tempus, post quod non inquiri-
tur siue accusatur, quod est post an. 20. nisi in
partu supposito, vel quando falsis medicami-
nibus partum impediuit, vide *sing. 3. de accus.*
Quinto quando contra confessionem aliter
iudicatum fuit. Sexto in confessione facta co-
ram iudice carẽte iurisdictione: & differt à iu-
10 dice incompetenti. Namq; confessio † coram
eo iudice, licet non plene probet, facit tamen
indicium ad torturam coram suo iudice, vide
Bal. *in l. magistratib. ff. de iurisd. om. iud.* Clar. *q. 21.*
n. 32. Et ratio est, quia confessio extraiudicialis
facit indicium ad torturam: Ergo cõfessio co-
ram iudice incõpetenti, tanq̃ confessio extra-
iudicialis debet facere indicium coram suo iu-
dice, licet Bart. tenuerit contrarium. *l. diuus ff.*
de custod. reor. Notandum est, quod licet con-
11 fessio † extraiudicialis non sufficiat ad conde-
mnandum, sed solum ad torquẽdum: attamẽ
confitens potest puniri extraordinarie, tan-
quã de delicto se glorians. Hipp. *in § pŏstquam.*
Septimo in cõfessione facta virtute gratiæ si-
bi promissæ per iudicẽ. Octauo in confessio-
ne coram notario non habente commissionẽ
à iudice, vel corã iudice solo nõ in figura iudi-
cii, & hoc casu nõ plene ꝓbat, facit tñ indiciũ
ad torturã, vide Ias. *in d. l. magistratib.* Nono si
quis

quis vltro † sponteq; confitetur per quandam 12
stoliditatẽ, non cõuincitur per talẽ confessio-
nẽ: & ratio esse põt, confitentẽ non videri esse
in plenitudine intellectus, cũ ita spõte, & sine
vllo metu ipse confiteatur. Idẽ in confessione
nuda, & sine causa. Itidẽ in cõfessione facta ab
irato, quę calore iracundiæ non valet: secũdo
votũ: tertio iuramentũ præstitũ ab irato non
obligat, & ita intelligitur *l. quidquid calore. ff. de reg. iur.* Hipp. *in §. postquã. n. 6.* Rom. *in sing. 514.*
Occurrit hic quæstio, quam ibi ponit Hipp.
videlicet si quis † confitetur occidisse, sed ad 13
sui defensionem, non probato eo, quod ad sui
defensionẽ spectauerit, si non erunt aliæ pro-
bationes contra eum propter talem cõfessio-
nem non damnabitur ad mortem. Contrariũ
tenuit Bart. *in l. Aurelius. ff. de liber. leg.* vide Ias.
in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. Sed ipse in prædi-
ctis distinguo; videlicet si talis confitens non
consueuerit delinquere, neque habuerit cau-
sam se vlciscendi, tali casu tenerem cum Hip.
quia ex prædictis lex bene præsumit pro reo;
sed prædictis non concurrentibus tenerem
cum Bart. Et præcipue considerandum est, si
occisus erat offensus. Nam eo casu videtur
contra eum præsumptio culpæ, & sic existi-
mabitur voluisse vlcisci se; licet fuerit occi-
sus, concurrente maxime qualitate perso-
næ: Nam qualitas offendentis † demonstrat 14
animum fuisse aut non fuisse offendendi.

15 *l.si mater.C.ne de statu defunct.* Quare rei † curent probare de moribus. Nam sicut ob malorũ mores oritur sinistra suspicio, ita ob bonos bene præsumitur. *l.desertorem.* §. *is, cui.ff. de re milit.l.si militari.ff.de iis quib.vt indign.*Ob-
16 uia fit hæc † cautela Ias. *in d. l. vt vim.* videlicet vt reus respondeat, si feci, feci ad meam defensionem. Sed ego teneo, quod talis responsio non debeat admitti per iudices, quia reus debet certe respondere negando aut confitendo, cum etiam possit torqueri ad responden-dendum, quando respondere recusat, vt dictum est supra *tit.21.* Et cautela Ias. locum habet in causis ciuilibus, quando respõdetur inter ipsas partes, secus in criminalibus, vbi respondetur iudici: tunc enim propter religionem iudicis reus debet certo respondere, cum interrogetur, quid fecerit, vide text. *cap.7. Iosuæ,* ibi, *atque indica, quod feceris.* Adde quod etiã in ciuilibus, vt positionibus, respondetur clare. not. *in l.1.ff.de vulg. & pupill. substit.* Hoc
17 amplius teneo reum † in dubio respondentem parere indicia contra se, quia videtur vere deliquisse & velle iudicem fallere. An con-
18 fessio † spõtanea ratificetur, vide *in seq.tit.in fi.*

CAP. XXX.

De confessione metu tormentorum.

SVMMARIA.

1 *Confeßio metu tormentorum diuersis sumitur modis.*

2 Tor-

2 *Torturæ metus æquipollet torturæ.*
3 *Terror leuis non indicat metum, nisi cadat in virum constantem.*
4 *Torquendi qualitas circa tormentorum metum est consideranda.*
5 *Notarius non debet scribere reum sponte confessum, si aliquo terrore fateatur.*
6 *Confeßio facta à carcerato fame & frigore laborante, dicitur facta metu tormentorum.*
7 *Carceratus si aliquid fateatur sine alia tortura, confeßio non dicitur spontanea, quia carcer est species tormenti.*
8 *Confeßio vt dicatur facta metu tormentorum, an sufficiat probare quem fuisse detentum.*
9 *Notarius non potest nec debet scribere reum sponte confessum, sed sufficit, vt scribat, quo loco, quo tempore, quibus verbis confiteatur.*
10 *Confeßio etiam spontanea an debeat ratificari?*
11 *Confessus sponte debet saltem moneri ad faciendum suas defensiones, rationibus, de quibus hic.*

Confessio metu tormentorum † diuersis sumitur modis. Primo, quando fit in tormentis, seu prope tormenta reo ligato, minante iudice torturam, vide Bartol. *in l. 1. §. diuus. ff. de quæstionib.* Sed alii dicunt, si quis ducatur ad funem, licet non habeat manus ligatas retro, si cõfitetur, dicetur confiteri metu tormẽtorum. Idem etiam si quis apud torturam fuerit tantummodo spoliatus, & non 1

ligatus, dicetur fateri metu tormētorum, quia licet iudex non torqueat hominem, sed eum spoliat, vt torqueat, inducitur iustus metus,
2 ac si fuisset tortus, & secundum aliquos † suspicio seu metus torturæ æquipollet torturæ. Clar. *q.64.nu.31.* Hoc amplius dixerunt aliqui confessionem factam propter vehementes minas iudicis, licet extra tormenta, intelligi tamen metu tormentorum, & posse reuocari, perinde ac facta fuisset prope tormenta. De hoc & supradictis vide Bart. *in l. nouissime. ff. quod fals. tut.* Guid. de Susaria *sub rubr. de quæst.* Sed contrarium fere omnes tenent, quod so-
3 la ductio † ad funem sit leuis terror, sed ductio & ligatio indicant metum, quia debet esse terror cadens in constantem virum. *l. interposita.*
4 *C. de transact. nu. 76.* Circa prædicta ego † dico considerandam esse personam torquendi, vt puta si est fœmina, quia naturaliter timida, siue etiam vir, dummodo sit persona timida, & tali casu tenerem cum Guidon. Metus enim tormentorum consideratur respectu personarum, *arg. auth. multo magis. C. de sacros. eccles.* In hac etiam materia cōsiderandum est, quod
5 quādo reus † aliquo terrore fatetur, notarius non debet scribere eum sponte confessum esse, & in hoc multi iudices errant. Brun. *q.6.nu.*
6 *16. & 24.* Ideo etiamsi esset in carcere † in quo fame & frigore multum patiebatur reus, formidine tormentorum videtur facta confessio

secun-

secundum Bar. *in l.1.§.diuus.ff.de quæst.* Ego extendo dictum Bart. ad confessionem factam non solum metu tormentorum, sed ēt aliqua alia de causa, vt *in d.l.1.§.si quis vltro.* Et dixerūt aliqui, quod si carceratus † aliquid confiteatur 7
etiam sine alia tortura, talis confessio non dicitur spōtanea, cum carcer sit species tormēti. Hippol. *in §.attingam.nu.20.* Hoc † amplius 8
dixerunt sufficere probare, quem fuisse detētum, vt eius confessio dicatur facta metu tormentorum, Hipp. *in §.expedita.nu.9.* Sed hæc opinio non placet, quia metus tormentorum consideratur, vt supra conclusum est. Sed quia metus torturæ potest contingere ex diuersis accidentibus. Item quia cōsistit in animo delinquentis. Ideo iudicio meo notarius † ꝓpter 9
periculum falsitatis non debet aut potest scribere cōfessus, & sufficit scribere quo loco, quo tēpore, quib. verbis cōfiteatur reus, & an fuerit sponte vel metu confessus, ex circumstantiis ꝓcessus iudex cognoscet, & debet esse potius speculatio iudicis, q̃ assertio notarii. Propterea confessio † q̃uis spontanea debet ratifi- 10
cari ꝑ supradictas rationes & alias, quas dicit Hip. *in §.postquā.n. 22.* & talis opinio fuit antiquorum, q̃ Gand. impugnat, dicens ēt, cū quis confitetur crimen se cōmisisse illico, & absq; alia perseueratione, & confessione damnādus est, vide eum *de quæst.nu.15.* Sed aduerte ꝙ licet dubium sit, nunquid confessio spōtanea ratificari

ficari debeat, sentiunt tamen omnes, quod
11 sponte confessus † debet moneri suas facere defensiones: primo quia potest cognosci de inualiditate confessionis, vt supra. Secundo quia potest reuocare confessionem, vel eam declarare: tertio quia conceditur posse probari falsitas confessionis, vide Bald. *in l. si quis. C. de episc. & cleric.*

CAP. XXXI.

De confessione in tormentis verificanda.

SVMMARIA.

1 *Confessio in tormentis facta tunc demum fidem faciet, quando per certa signa verificabitur.*

2 *Confessionis in tormentis factæ verificatio ex quibus haberi possit.*

3 *Innocentia rei quandoque per causas cognoscitur.*

4 *Signa maleficii à reo sunt per iudicem petenda ad confessionis verificationem.*

5 *Confessione non verificata reos damnare exemplo pernitiosum est.*

1 DIctum est supra confessiones † reorum non haberi pro exploratis facinoribus, si nulla alia probatio iudicis religionem instruat, Clar. *quæst. 4.* etenim res est fragilis & periculosa, & quæ veritatem fallit, quia aliqui

tanta

tanta sunt impatientia, vt in quouis mentiri quam pati tormẽta velint. *l.1.ff.de quæst.* Quare Rhetores disputant, & vtrinque argumenta non desunt. Proinde altera pars tormenta testimoniorum loco habet, at altera pars damnat, cum tormentorum mentiri sæpe faciat dolor, vide Aristot. *lib. 1. de arte rhetor.* Quintilian. *lib. 5.* Confessio itaq; in tormentis tunc demum fidem faciet, quando per certa signa verificabitur, & hoc modo tolletur certamẽ, an reus sit vere confessus, an mentitus cruciatu tormentorũ. Et iudicis interest quærere ratione humanitatis, ne innocẽtem occidat, & ne quærẽdo homicidam, homicida fiat, *Exodi c.21.* Verificatio igitur † dupliciter consi- 2
deratur, primo quod delictum sit commissum, vnde cõstare debet de cadauere, aliter nõ proceditur ad torturam, dictum est supra *tit. 20.* Est autem alia verificatio magis necessaria ad cognoscendum verum delinquentem, & quod reus nõ sit confessus cruciatu tormẽtorum. Quare licet confiteatur reus, iudex tamen debet quærere, & verificare infrascripto modo. Inprimis petatur à reo, cur fecerit, & cur occiderit. Nam per causas † quandoque 3
cognoscitur innocentia rei: etenim si causæ non sunt verisimiles, rei non damnãtur, vide Ias. *in l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. l. 1. C. ad leg. Cornel. de sicar.* Secundo iudex petet à † reo 4
aliquod certum signum, videlicet si agatur de

homicidio, interrogabit quid factum de armis, & de qualitate armorum; nam ex iis & similibus veritas elucescit. Sin autem de furto agatur, interrogetur, quibus vendiderit, & si reus aliquos nominauerit, nominati examinentur, & ab eis exploretur, an sit verum: vide Brun. *in tract. 6.* ibi, *principaliter quæritur.* Si in causa veneficii quis torquebitur, interrogetur, venenum vbi emit? à quo? quando? quanti? per quem dedit? Supradicto igitur modo, & simili, & in supradictis & similibus delictis interrogando reum, delicta fient explorata iudici certis signis quæ ad veritatem adducũt, & non sola confessione, vt dictum est supra. De supradictis signis vide *l. Moysis. c. 7.* Iosu. *in fin.* Apud Rhetores legitur, autore Cornificio, maiores voluisse certis in rebus interponi quæstiones, cum quæ vere dicerentur sciri, quæ falso in quæstione pronunciarentur, refelli possent hoc modo: Quo in loco quid positum sit, & si quid esset simile, quod videri aut aliquo simili signo percipi posset, vide eundem *lib. 2. ad Herenn. tit. in causa coniecturali.*
5 Exemplo pernitiosum est † non verificata confessione reos damnare, vide Iul. Clar. *in quæst. 55. nu. 10.* & exempla non desunt, vide Valer. Maxim. *libr. 8. de quæstion. in princip.*

CAP.

Cap. XXXII.

De confessione ratificanda, & quando reus ratificare recusat.

Summaria.

1 *Perseuerare in confeßione quando & quomodo reus dicatur?*

2 *Confeßione facta an statim reus ducendus sit ad eam ratificandam, vel quantum tempus sit interponendum?*

3 *Confessus dicitur per 3. dies conquiescere, antequam ducatur ad ratificandum ipsam confeßionem, aliter si fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum.*

4 *Confeßio facta in tormentis & legitime ratificata non praecedentibus legitimis indiciis, an valeat, & ex ea an iudex poßit reum damnare?*

5 *Inquisitio non praecedentibus legitimis indiciis est ipso iure nulla, & quaecunque ab ea sequuntur, corruunt.*

6 *Confeßio facta in tormentis licet non satis sit ad damnandum, nisi ratificetur, an fallat, quando praeceßit confeßio extraiudicialis?*

7 *Confessus si non perseueret, an repetatur in tormentis, vt perseueret?*

8 *Confessus saepius in tormentis, & ad perseuerandum ductus semper negans, an & quot vicibus poßit torqueri, vt perseueret.*

9 *Confessus aliquando potest damnari absque ratificatione*

tificatione, quando signa sunt talia, vt non sit probatio in contrarium.

10 Indiciis indubitatis non potest damnari quis, sed tantum torqueri.

11 Confessus si in confeßione perseuerare nolit, sed velit probare contrarium, an non sit amplius torquendus, sed audiendus?

12 De innocentia rei omni tempore quæri potest.

13 Confeßio in ciuili an præiudicet in criminali, si per principalem facta fuerit

14 Confeßio facta in vno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi contra confeßionem in primo iudicio iudicatum fuerit.

15 Tortus Argentinæ pro delicto ibi commisso, ob quod non est corporaliter puniendus, si in tormentis confessus fuerit se plura maleficia extra Argentinense territorium perpetrasse, an à magistratu Argentinæ poßit vltimo supplicio condemnari?

16 Confeßio de pluribus delictis licet sæpe ratificata non nocet, nisi constet de illis.

17 Confeßio licet legitime habita fuerit per tormenta, & fuerit ratificata, non erit tamen sufficiens ad condemnandum, nisi fuerit declarata à reo per signa, per quæ verificetur iudex reum vera esse confessum.

18 Confeßio etiam ratificata non habet vim veritatis sine aliis signis.

19 Iudex maleficiorum temere & rei veritate indiscussa iudicare aut reũ condẽnare nõ debet.

20 Aduo-

20 *Aduocati & defensores dandi sunt reis carceratis, se defendere ob inopiam nequeuntibus, ne innocens indefensus pereat.*

21 *Renuntiare defensioni suæ an reus poßit? & an iudex id admittere debeat?*

22 *Iudex quærere debet defensiones rei, etiam post latam sententiam, si ratio innocentiæ constiterit.*

23 *Petitio pro repetitione & examinatione testium accusatoris contra reum.*

24 *Saluationes vlteriores & respectiue replicationes, nec non in euentum conclusiones rei contra accusatorem exceptiones & respectiue probationes.*

CONfessiones reorum non habentur pro exploratis facinoribus; nisi rei perseuerauerint; Perseuerare autem † dicitur, quan- 1
do reus ducitur ad banchum iuris, prout duci omnino debet, vbi palam moneatur de vita sua agi, ideo bene consideret, si vult perseuerare in confessione sua, & eam ratificare, legente ei Notario vulgari sermone dictam suã confessionem. Qui si responderit contenta vera esse, tali casu dicetur perseuerare, & notandum est, reum non statim † habita confes- 2
sione duci debere ad ratificandum eam, quia non dicitur perseuerare, quando aliquo temris spatio non quieuerit. Vnde iudex supersedere debet per aliquod spatium, quod esse debet

bet secundum aliquos per diem & noctem.
3 Sed secundum alios per 3. † dies; & ita obseruandum est, vide Iul. Clar. *q. 64. nu. 41.* nam per solam diem & noctem reus animo confusus, doloris impatiens facile non resipiscit, & adhuc dicitur esse in cruciatu; nisi aliquo bono spatio conquiescat, saltem per dies tres: aliter enim si fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum. Animaduertendum est Baldum tenuisse confessio-
4 nem † præcedentibus indiciis factam maxime valere, quando ea ratificatur: si vero fuerit facta non pręcedentibus legitimis indiciis; si fuerit ratificata valebit, aliter nō, vide eundem *in l. 1. C. de confess.* Sed caue & contrarium tene, quod per confessionem factam in tormentis licet legitime ratificatam non præcedentibus legitimis indiciis iudex non poterit damnare: & ratio est, q̄a accusatio siue inquisitio caruit suis pręcedentibus substantialibus à iure requisitis, videlicet vt præcedant legitima indicia, antequam deueniatur ad tormen-
5 ta; aliter inquisitio † non præcedentibus legitimis indiciis est ipso iure nulla; & quæcunq; ab ea sequuntur, corruunt propter omissionem & defectum modi & formę substantialis.
6 Notandum est, licet confessio † facta in tormentis non satis sit ad damnandum, nisi ratificetur ad banchum; vt supra: fallit tamen, quando præcessit confessio extraiudicialis,
vide

vide Iaſon. *in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Hippol. *in d. l. & §. diuus. ff. de quæſt. num. 11.* ſed hæc opinio non placet; nam ex confeſſione extraiudiciali oritur indicium ad torturam, ſicut ex aliis indiciis. *leg. ictus. ff. de his qui notant. infam.* Attamen confeſſio facta in tormentis ex aliis indiciis ratificatur, cur diuerſum in hac extraiudiciali confeſſione?
Quid ſi reus confeſſus † non perſeuerauerit? 7
Dic quod repetetur in tormentis, modo præcedant legitima indicia, & hoc caſu repetetur non ad confitendum, ſed ad perſeuerandum. Quid ſi ſæpenumero † in tormen- 8
tis confeſſus eſt, & toties ad banchum iuris negauit, an poſſit torqueri, vt perſeueret? Dic torqueri ter poſſe ſecundum Hippolyt. *in leg. repeti. ff. de quæſtion.* Sed alii poſt eum dixerunt, ſi indicia ſint leuia, non poſſe, niſi ſemel torqueri. Sed ego ſentio, ſi confeſsio fuerit verificata ſignis, vt ſupra de verificanda confeſsione poſſe torqueri arbitrio iudicis. Et ratio eſt, quod hoc caſu iudex factus eſt certus. Et alias tenui reum poſſe † damnari abſque ratificatione, 9
dummodo ſigna ſint talia, & non ſit probatio in contrarium. Et ratio reddi poteſt, quod iudex certior factus nõ debet amplius certiorari. Deinde quia vbi ſunt ꝓbationes, & ſecũdũ aliquos indicia indubitata contra reũ proceditur ad cõdemnationẽ abſq; cõfeſsione & rati-

10 ratificatione. Sed per indicia † licet indubitatã sentio non posse damnari, sed torqueri. Boss. *in tit. de conuictis. nu. 27.* Non obstat, quod dici posset, quod modus & forma torturæ exigũt, quod confesſio in tortura siue metu torturæ ratificetur. Respondetur, quod hoc casu reus damnatur propter signa mediante confessione, non propter confessionem. Quid si reus
11 non perseuerauerit † in confessione, & vult probare in contrarium? Dic quod non torquebitur, sed audietur, licet sit confessus. Et non solum post confessionem, sed etiam post ratificationem & sententiam latam. Nam o-
12 mni tempore † ratione humanitatis quæri oportet de innocentia rei. Nonnunquã. n. aut metu, aut aliqua alia de causa in se confitetur, & sæpe falsa demonstratione damnatur. *l. 1. §. fin. ff. eod. tit.* Quamobrem iudex bene aget, si in omni casu confessionis dabit terminum reo ad se defendendum, & dabit aduocatos & defensores, ne innocentem condemnet, vt sæpe dictum est. Occurrunt hic aliquæ quæstiones in materia confessionis. Primo con-
13 fessio in ciuili † præiudicat in criminali, si facta fuerit per principalem, secus per procuratorem, vide Paul. de Lizar. *in c. fin. de confess.* Se-
14 cundo confessio facta in vno iudicio † nocet inter easdem personas in alio, nisi contra confessionem in primo iudicio iudicatum fuerit, notatur *in l. 1. C. quand. ciu. act. præiud. crimin.*

min. Tertio, si tortus Argentinæ † pro delicto 15
ibi commisso, ob quod non debet pati corporaliter, in tormentis cõfessus etiam perpetrasse furta, & alia maleficia extra territorium Argentinense quæritur, numquid magistratus Argentinensis possit eum vltimo supplicio cõdemnare propter talia maleficia alibi commissa & digna morte? Conclusiue dicitur non posse, vide Gand. *de quæst. nu. 22.* Quarto con-
fessio de pluribus delictis † licet sæpe ratifica- 16
ta non nocet, nisi constet de illis, vt supra dictum. Hoc amplius notandum est, quod licet
constet † de delictis, & licet confessio sit legi- 17
time habita per torturam; esto etiam, quod sit ratificata, non erit tamen sufficiens ad cõdemnandum, nisi fuerit declarata à reo per signa, per quæ verificetur iudex reum vera esse confessum, vide Brun. *in gl. sexto principaliter. n. 13.* & supra *tit. 39.* Et ratio reddi potest, quod
confessio quamuis ratificata † non habet vim 18
veritatis sine signis; dicente Iurisconsulto: *Si quis vltro de maleficiis fateatur, non semper fides ei habenda est*: nonnunquam enim aut metu, aut aliqua de causa in se confitetur. *l. 1. ff. eo. tit.* Ita-
que iudices ne præcipites, aut † temere, indi- 19
genterq; probata, aut quouis modo indiscussa iudicent, dicente veritatis voce: *nolite iudicare & non iudicabimini.* In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Maximum qui-
dem, memorabile † mentiq; tenendum haud 20

O præ-

prætermittendum esse duxi, quoniam miserabilibus maximeq; circumuentis succurrendum esse censeo. Postremo quidam vtuntur
21 hac cautela, quod sinant reos renunciare † defensionib. vt dicant se alias nō habere defensiones, & sic ratificare faciunt confessionem, nec reos amplius audiūt. Ista cautela nō valet, nec talis renunciatio obstat, sed iudex non tātum audire, sed etiā ipse defensiones quærere debet. *Exo.c.22.* Bal. *in l. seruum. de procurat. l. 1. in fine. de quæstion.* vbi etiam post sententiam id iudex facere debet. Adde: reus non potest re-
22 nunciare † defensionib. & iudex semper inquirere debet de innocentia rei ex officio, etsi reus nō requirat. Limitat id aliquot casib. Hipp. *in §. cognitum. de quæstion. nu. 88. & in §. si quis vltro. nu. 118. & 128.* Corsetus *in singul. verb. defensio.* Angel. *de malefic. in § qui iudex. num. 5. & seq.* Battandier *in regul. 21. & 22.* latè hæc Hippol. *in §. examinanda. nu. 1. in prax. crimin.*

TITVLVS VI.

CAP. I.

De Renouatione processus & conclusione causæ.

SVMMARIA.

1 *Conclusio causæ quæ est.*

2 *Quando in causa conclusum dicitur.*

3 *Causæ conclusio quot modis fiat: quomodo expresse. nu. 4. & quomodo tacite. nu. 5.*

6 *An*

PRobationibus ac refutationibus hinc inde per testes aliaque probationum genera factis: sequitur tandem causæ conclusio,† quę 1
est omnium iuris & facti allegationum renunciatio, totiusq; causæ ad definiendũ submissio. *c. pastoralis. extra de caus. possess. & propriet.* Verum tum conclusum dicitur† in cau- 2
sa, quando lite contestata & deductis probationib. exceptionib. replicationib. duplicationib. triplicationib. & quadruplicationib. &c. partes renunciarunt omnibus exceptionib. & allegationibus iuris & facti. gl. *in §. quia vero. in verb. concluserunt. in auth. de testib. Nou. 90. collat. 7.* Fit autẽ conclusio causæ† vel expresse 3
vel tacite. Expresse† vbi simpliciter expressis 4
& disertis verbis renunciatur omnib. exceptionib. tam iuris, quam facti. Tacite, quando
non ita† expressis verbis renũciatur, sed par- 5
tes nulla interposita protestatione de amplius deducendo iure suo, causam simpliciter referunt ad sententiã. Spec. *in tit. de renunc. & conclus. per tot.* Deniq; animaduertendum est,
quod post conclusionem nulla† exceptio vel 6
allegatio facti neque testis admittatur, nisi euidens aliqua ratio iudicem moueat.

Marant. *part. 6. de concluſ. nu. 1. per l. iubemus. C.*
7 *de iudic.* Veluti ſi iudex † ex officio ſuo ad ple-
niorem intellectum aliquid inquirat, vel ſu-
per iam actitatis interroget, vel niſi aliquid
iudicis negligentia ſit omiſſum. *Gail. lib. 1. ob-*
8 *ſer. 107. nu. 5. & ſeqq.* vel niſi ſint † cauſæ crimi-
nales, tunc quia maximi præiudicii ſunt, poſt
concluſionem vtrinq; factam; allegationes
& informationes iuris fieri & offerri poſſunt.
Bald. *in auth. iubemus C. de iud.* Dd. *in c. cum di-
lectus. extra de fide instrum.* Reliqua pete ex
proceſſu ciuili, quæ & vſus quoq; docebit.

9 Forma † concludendi à parte accuſatoris: Dieweil denn Anklåger N. das jenige/ was jhm zu erweiſen aufferlegt/ ſeines verhoffens/ wo nicht vberflůſſig/doch wie zu recht genugſam erwieſen vnd dargethan hat/ ſo bitt er im rechten zu erkennen vnd außzuſprechen/ daß reus ſeu accuſatus laut angeſtelter klage/ zu recht billich condemniret vnnd verurtheilet werde/ jhnen auch mit erſtattung aller expens/ ſchaden vnd vnkoſten zu condemniren vnd verurtheilen/ oder wie nach ordnung der recht hierinnen gebeten werden ſol/ kan oder mag/ vnd allenthalben recht iſt/vnd den fall alſo zu ſetzen/ vnnd keines wegs einzureumen/ als denn auch im grund der warheit anders befunden wird/ daß einiger erheblicher mangel ſein möchte/ darumb A. N. beweiſung vnvollkomlich geachtet wer-

werden solte/ so hat jhme demnach N.A. hiebevorn/in vberreichung seiner Artickel/iuramentum in supplementum probationis bedinget/ dahin er sich hiemit referirt/ zuversichtig/ daß auff solchen fall/ jhme derselbe Eyd zu recht billich zuerkand werde/ inmassen er denn/ so ferrn es von nöthen/jhme denselben zuerkennen/vnd zu imponirn bittet/ vnd stellet solches alles vnd jedes zu rechtlichem erkendnuß/ das miltrichterliche Ampt/ demütiglich anruffend/ bittend jhme recht vnd gerechtigkeit mitzutheilen/ vnd so ferne vom Reo nichts weiters gesetzt/ beschleust A. hiemit im namen Gottes zum endvrtheil/ sonsten aber behelt A. jhme zuvorn ferner rechtliche nothturfft/ de quo manifeste protestatur.

Forma † conclusionis rei in causa furti: 10
Kürtzlichen in dieser peinlichen Sachen auff deß A vor vnd einbringen zu beschliessen/ gestehet Reus keiner gewaltsamen noch gefehrlichen dieberey/ viel weniger eines weitern argwohns/ dann was Reus bekandt/ dabey man es auch bleiben lassen muß/ etc. vnnd können die vermeinte Zeugen/was sie vber den B. jhrer eigen Sachen halber schreyen/ in dem sie singulares & varii sind/ kein indicium zur tortur machen/ dann die indicia zur tortur (wie bewust) müssen eigentlich durch zween vnpartheyische/ tügliche Manspersonen/ omni qui sint exceptione maiores, erwiesen werden/ wie dann hie nit

geschehen/ als excipiendo weiter ist außgeführet/2c. darumb auch Reus durch deß A. vnziemliches begeren / auff kein tortur zu bringen ist. Vnnd dieweil Reus alles das jenige / so er gethan/freywillig bekendt/ dasselbige aber geringschätzig vnd nichts werth/vnd viel mehr auß armuth vnnd thorheit gethan / dann mit gewalt vnd fleiß geschehen / 2c. auch den jenigen/ so es gewesen/ wider zugestellet worden/ vnd er nunmehr ein lange zeit mit schwerer hafftung vnd Gefengnüß beschweret worden / dadurch er genugsam gestrafft/ Als bitt Reus, wie allenthalben in seinem namen vnd von seiner wegen ist begert vnd gebeten worden / zu erkennen / E. miltrichterlich Scheffenampt othmütig hierumb anruffendt.

Mit vorbehalt was recht ist.

11 Alia forma † concludendi à parte Rei: Defensor Rei referiret sich de contrario ad acta & attestationes, bitt/wie jetzt vnd von jhme allzeit ist gebeten worden / zu erkennen / setzt es damit cum repetitione retro actorum vtilium & negatione contrariorum zu erkendtnüß. vel: Auch zu beschliessen bin ich defensor Rei keines widerwertigen angebens gestendig / wil auch tacendo zum nachtheil nichts eingereümpt/ sonder wegen deß Rei, wie allzeit gebeten / im Namen Gottes hiemit zu recht es gestellet / gesetzt vnd geschlossen haben/ mit bitt wie gebeten.

T I-

TITVLVS VII.

Cap. I.

De Sententia.

Svmmaria.

1 *Sententia quæ est: & vnde dicta. nu. 2.*
3 *Differentia inter sententiam & rem iudicatam quæ.*
4 *Diuisio sententiæ quæ.*
5 *Interlocutoria sententia quæ.*
6 *Forma sententiæ interlocutoriæ quæ.*
7 *Sententia definitiua quæ.*
8 *Interlocutoria à definitiua quomodo differat.*
9 *Sententia quomodo fieri debet, & à quo, item quomodo proferri seu pronunciari debet. numer. 10.*
11 *Effectus sententiæ qui.*
12 *Sententia est stricti iuris.*
13 *Formulæ variæ sententiæ definitiuæ.*

Sententia † est iudicialis definitio, quæ controuersiæ finem imponit, absolutione vel condemnatione facta. Speculat. *in tit. de sent. in princip.* hæc † à sentiendo dicta est, quod iudex per eam, quid sentiat, declaret & definiat, ac lites controuersiasque partium determinet. *l. sicut autem. §. sed si* 1 2

quæratur.ff.de seruit.vindic. Deinde differentia
3 est inter † sententiam & rem iudicatam, quia sententia finem controuersiæ imponit: res
4 vero iudicata finem accipit. Hinc † sententia alia est interlocutoria, alia definitiua. Inter-
5 locutoria est † sententia iudicis data inter principium & finem causæ interloquendo. Marant.*part. 6.tit.de sentent. num.2.* Forma
6 sententiæ † interlocutoriæ: In der peinlichen Sachen zwischen A. an einem / entgegen vnd wider N.N. peinlich B. am andern theil / erkennen Richter vnd Scheffen dieses hochpeinlichē Halsgerichts allhie zu N. nach gehörter anklage / vnd darauff erfolgter responsion / auff beyder seits geführter kund vnnd kundschafften / auch alles andern schrifftlichs vnd mündliches vortragen / vnd gethanen rechtsatz zu recht / daß Reus der Sachen gar argwönig vnd hoch verdächtig / vnd deßwegen zu ferner außbringung der Warheit mit scharpffer / strenger Frage anzugreiffen sey / wie dann ermelte R. vnd S. jhnen B. hiermit zur scharpffen peinlichen Frage weisen vnd erkennen von rechtswegen. Defi-
7 nitiua est sententia † quæ principali causæ finem imponit iudicis pronunciatione, condemnationem vel absolutionem rei continens *gl.in clem.1. in verb. definitiua. de sequestr. posseß.& fruct.* quomodo autem interlocuto-
8 ria † à definitiua differat, latius pete ex proces-

cessu ciuili. Porro † sententia debet fieri à competenti iudice, & quidem ab ipso pro tribunali sedente. *l. pro tribunali. ff. de re iudic.* Deinde sententia † proferri debet in scriptis, vtraque parte præsente. *l. ea quæ. Cod. quomod. & quand. iudex.* Deniq; effectus sententiæ † est, quod faciat ius, at inter partes litigantes tantum, cum stricti † iuris sit sententia. Decius *in l. ius nostrum. num. 11. ff. de regul. iur.* plura de hac materia sententiarum latissime in processu ciuili vide. Atq; hæc de sententia: sequitur modo eius executio.
9
10
11
12

Forma † sententiæ definitiuæ: In der peinlichen sachen zwischen Ankläger an einem/vnd N. N. B. am andern theil/ erkennen Richter vnd Scheffen deß peinlichen Halßgerichts allhie zu N. nach angehörter anklage vnd responsion/ geführter kůndt vnd kundschafft/auch alles ander schrifftlichs vnnd mündlichs vortragen vnd gethanen rechtsatz zu recht/ daß N. B. sein berůhmbte nothwehr nicht/ dargegen aber die angeklagte Mordthat genugsam bewiesen/vnd daß derwegen er B. andern zum abschewlichen Exempel/ vnnd jhme selbst zu wolverdienter Straffe/ mit dem Schwert vom Leben zum Todt hinzurichten vnd zu straffen sey/ wie jhnen B. dann R. vnd S. hie mit diesem Rechtspruch condemniren vnnd verdammen. Pronunciatum, &c. Alia: In der peinlichē Sachen zwischē Ankläger an einem/vnd N. N. B. anderthells/ 13

erkennen R. vnd S. deß hohen peinlichen halßgerichts allhie zu N. nach verhörter peinlicher anklage/beschehener litiscōtestation/darauff erfolgter vnd gegebener antwort/geführter kundt vnd kundschafft/defension/replication/ conclusion vnd beschehenem rechtsatz zu recht / daß N. B. sein defensionales zum rechten genugsam erzeugt habe/vnnd derowegen von der Anklage zu absoluiren vnd zu erledigen sey. Wie jhnen B. dann R. vnd S. hiemit diesem jhrem rechtspruch absoluiren vnnd erledigen/ doch B. gegen F. bürgerlichen abtrag vnd sonsten seines vrphedens halber gebührliche verordnung zu thun / vorbehalten. Pronunciatum, &c. De formulis sententiarum criminalium vide Constitutiones Carolinas.

CAP. II.

De Executione sententiæ.

SVMMARIA.

1 *Executionis sententiæ definitio quæ. & nu. 2.*
3 *Executio quomodo fieri debet & à quo.*
4 *Effectus executionis qui & quid de consuetudine cuiuslibet loci in exequendo. nu. 5.*

1 EXecutio † est finis processus iudiciarii. Est
2 vero executio † rei iudicatæ persecutio ac perfectio, *l. penult. & fin. C. de except. rei iudic.*
3 Hinc executio fit † à iudice ordinario, penes quem est iurisdictio ac imperium. *l. à diuo Pio.*

in

in princip. ff. de re iudic. Effectus deniq; executionis † est, quod res iudicata per eam vigorem suum consequitur. *l. executorem. Cod. de execut. rei iudic.* Nam quid sententia definitiua lata prodest, si executio eam non sequatur. Hinc consuetudo † cuiuslibet loci suum habet in exequendo modum. Postremò definitiua sententia lata iudex baculum in dextra tenens frangit, & carnifici condemnatum Reum commendat, vt cum ipso secundum pronunciationem latæ sententiæ definitiuæ ratione iuramenti sui exequendo procedat, vt fusius habetur in Constitutione criminali Caroli Quinti sub *artic. 96.*

4

5

FINIS.

IN-

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM HOC IN TRActatu criminali contentorum locuples.

Prior numerus marginem, posterior folium denotat.

A.

Accu-

Articuli

guibus

vera

Exce-

E.

Nota-

FINIS.